



Crimen Fori Ecclesiastici

Seu Decretalium Gregorii IX. Pont. Max. Liber V ; Brevi Methodo ad discentium utilitatem Expositus, In quo praecipuae circa Materiam hujus Libri Quinti, quae tum in Theoria, tum in praxi occurrunt, difficultates solvuntur, allatis etiam contrà sentientium fundamentis, & horum solutionibus

Accedunt duo Indices, unus Titulorum initio Operis, alter rerum, & verborum notabilium in calce ejusdem

Schmalzgrueber, Franz

Ingolstadii, 1727

VD18 13510827-001

Titulus I. De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denuntiationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75232)

PARS I.

De Criminibus oppositis Cultui Divino, & verae Religioni?

EX Criminibus, quæ Cultui Divino, & verae Religioni bellum movent, sex in hac *Prima parte* examinantur, nimirum Simonia, Judaismus, Paganismus, Hæresis, Schisma, Apostasia, & Sacriligium, quod iteratione Baptismi commit-

titur. Quomodo hæc, & alia Crimina in Judicium deduci possint, Titulus primus, quasi Proœmialis istius Libri, commoustrat: cui adhæret Secundus *de Calumniatoribus* ad arceendam Calumniam, quæ in Accusatione sæpe committitur.

TITULUS I.

De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denuntiationibus.

CRimina, quæ in Judicium deducuntur, aliquando sunt notoria, aliquando primum notitia illorum acquiri debet à Judice: quod triplici maximè contingit modo, vi-

delicet Accusatione, Denuntiatione, Inquisitione *c. qualiter 24. §. contra quos b. tit.* Addi quartus potest, Delatio per viam Exceptionis.

§. I.

De Processu contra Delinquentem Notorium, & in Flagranti Crimine deprehensum.

S U M M A R I U M.

1. Quot modis aliquod Delictum fieri possit notorium notorietate Juris?
2. Quid sit notorium notorietate facti, & quod duplex?
3. Quid sit Notorium in genere, & quid occultum?
4. 5. 6. Requisita, ut crimen aliquod dici possit notorium notorietate facti.
7. In notorijs non adstringitur Judex ad observantiam Ordinis Judicarij.
8. Hinc in ijdem non est opus accusatione, vel denuntiatione.

9. Libello, Contestatione litis, vel Juramento calumnie.
10. Aut citatione.
11. Vel sententiâ condemnatoriâ in scriptis prolata.
12. Nec locus est eo casu Appellationi.
13. Vel recusationi Judicis.
14. 15. 16. Requisita, ut ratione criminis notorij Judex procedere adversus reum possit, Ordine Judicarij non observato.
17. Etc. An, & quomodo procedi possit adversus deprehensum in flagranti?

QUæritur I. quotupliciter Delictum aliquod dicatur esse Notorium? *§.* Dupliciter, Notorietate Juris, & Facti. *Notorietate Juris* notorium dicitur illud, cujus Notorietas à Jure, vel in Judicio oritur. *Scaccia de Judic. l. 1. c. 76. n. 2.* Sic Notorium Delictum aliquod fieri potest tripliciter. 1. Per Spontaneam confessionem rei, in Judicio factam, & non revocaram *c. vestra 7. c. fin. de cohob. Cler. & mal. & c. cum olim 24. fin. de V. S.* 2. Per plenas Probationes Judiciales, quales sunt depositiones duorum testium omni exceptione majorum, & Instrumentum publicum productum in Judicio, quibus, quod in causa conclusum jam sit, opponi nil amplius potest *c. cum olim. cit. & l. fin. C. de Probat. Farin. prax. crim. q. 21. n. 23. & seqq.* 3. Per Sententiam definitivam condemnatoriam

ad poenam, vel declaratoriam criminis, quæ transit in rem judicaram *c. vestra, & c. fin. cit.* imò etiam per interlocutoriam, si eadem cognitione causæ facta est, & in rem judicaram transit. *Mascard. de Probat. consil. 1108. n. 31.* quia res judicata pro veritate habetur. Reduci ad hoc genus Notorietatis solet etiam *Notorietas Presumptivis*, fundata in circumstantijs, ex quibus Jus aliquid ita præsumit, ut id haberi velit pro veritate, & ex eo perinde, ut ex alia probatione plena ad sententiam condemnatoriam procedi possit; sic enim si quis palam, & omnibus cernentibus in domo sua retineat mulierem suspectam, Juris præsumptio est, intercessisse inter eos copulam carnalem *P. Wiestner bis n. 5.*

Facti Notorietate notorium est, quod a perpetratum est in oculis hominum, puta to-

totius, vel majoris partis alicujus viciniae, Parochiae, Collegij &c. ut ulla tergiversatio celari, vel negari nequeat. Mascard. de Probat. concl. 1107. n. 4. Farin. prax. crim. q. 21. n. 38. & duob. seqq. Fagn. in c. vestra cit. n. 77. Wiestner hic n. 3. v. facti. Tale delictum erat illius, qui novercam suam uxoris loco habuit, & propterea absens ab Apostolo judicatus, atque in interitum carnis Sathanæ traditus est, omisso Juris ordine. 1. corinth. 5. v. 1. & 5. Hoc facti notorium triplex est, permanentis, transeuntis, & interpolati. *Notorium facti permanentis* est, quod notoriè se exhibet oculis, & facti continuationem habet, ut id videre omnes possint. Sic notoria est incarceration Clerici, qui in carcere publico, & omnium oculis patente detinetur; concubinatus ejus, qui concubinam retinet domi, communem cum ea mensam, lectum, & proles ex illa habet; feloniam Vasalli, qui insuper habito Juramento fidelitatis, dominum suum hostiliter persequi non desistit. *Notorium facti transeuntis*, seu momentanei illud dicitur, quod in conspectu populi, vel majoris partis illius commissum est, & nec continuationem, nec iterationem facti habet: quale est homicidium patratum in platea, aut foro publico, blasphemia, aut contumeliosa verba prolata palam, & plurimis audientibus. *Notorium facti interpolati*, quod publicè fit, & sæpius iteratur, non tamen continuè, ut cum verba blasphemia, vel contumeliosa sæpius iterantur publicè. Gloss. in c. vestra cit. v. notorium, Abb. ibid. n. 15. Sylv. v. notorium n. 2. Durand. Specul. tit. de notor. crim. §. 8. à n. 8. Scaccia l. 1. de Judic. c. 76. n. 7. Fagn. in c. vestra cit. à n. 78. Gonzal. in c. 9. b. tit. n. 5. Wiestner hic n. 4.

Ex his facile colligitur, quid sit Notorium in genere, & quid occultum Delictum. *Notorium in genere* illud Delictum dicitur, quod vel in Jure, vel ex facto suo ita certum habetur, ut nulla amplius discussione egeat, neque ulla tergiversatione celari possit *can. de manifesta 17. caus. 2. q. 1. c. super eo 3. de testib. cogend.* *Occultum* verò in genere dicitur illud, quod non ita certum est. Et hujus duæ sunt species, *Occultum scilicet simpliciter*, & *Occultum non simpliciter*, sed pene, seu quasi occultum. Si probationes removeantur in totum, ut quia nulla ratione actus probari potest, dicitur *Occultum simpliciter*: & ita occulti sunt actus merè interni; quia soli DEO noti sunt. Si verò non removeantur in totum probationes, ut quia actus probari potest, sed cum difficultate, & sic solum deest Judicialis indago, dicitur *pene occultum*, seu *quasi occultum*: & tales actus ferè sunt Dolus, simulatio, furtum, adulterium, suppositio partus, Sodomia, Simonia, Conspiratio, tractatus de nece inferenda, R. P. Schmalzgruber L. V, T. 1.

Venenatio, & alia Delicta, quæ per se clam, & in occulto committi solent, aut per accidens ita committuntur. Farin. prax. crim. q. 18. n. 105. & q. 21. n. 7. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 2. n. 27. Wiestner hic n. 2.

Quæritur 2. quid requiratur, ut aliquod crimen dici possit Notorium notorietate facti? 3. Tria communiter requiruntur. 1. *Qualitas loci*, ut scilicet sit factum in loco publico. Mascard. de Probat. concl. 1107. n. 16. Farin. prax. crim. q. 21. n. 55. & apud hos alij. Hinc quod commissum est in domo privata, aut villula, vel etiam in parva Parochia, in quibus non reperiuntur decem homines, non potest dici notorium. Scaccia l. 1. de Judic. c. 76. n. 6. quia debet esse multitudini notum, ut notorium dici possit *c. fin. de cohob. cler. & mulier.* Imò consideranda est etiam ipsa qualitas loci publici; nam pro hujus diversitate major, vel minor notitia criminis commissi requiritur. Si delictum commissum sit in aliqua Parochia, seu vicinia, sufficit, illud notum esse Parochiæ, seu viciniae, aut saltem majori eorum parti, puta, si ageretur de probando Concubinato. Si verò sit commissum in loco publico civitatis, essetque delictum arduum, deberet dici cognitum toti Civitati, vel ejus majori parti: & si diceretur commissum in aliquo loco, qui totam Provinciam respiceret, deberet dici manifestum toti Provinciae, vel majori illius parti. Scaccia l. cit.

2. Ad inducendum Notorium requiritur etiam *Qualitas temporis*: Et propterea, si Delictum diceretur commissum de nocte, regulariter non posset dici notorium, ut post Durand. Bald. Foller. Capr. notat Scaccia l. cit. intellige, nisi Delicto de nocte commissio tanta hominum multitudo fuerit præsens, ut ab his notitia ejus commissi ad aures majoris partis de Communitate perveniat; tunc enim temporis respectu Notorij habenda non foret ratio, quippe quod ideo solum Notorietatem impedit, quia de nocte non solet esse tantus populi affluentis concursus, quantum Notorietas facti exigit.

3. Requiritur *Adstantium multitudo*: quot autem hominum scientia requiratur ad faciendum Notorium, Juris nostri Interpretes non medicum variant, ut videre est apud Durand. Specul. de Notor. crim. §. *jam de Notorio n. 5.* nam aliqui requirunt notitiam totius viciniae, alij majoris partis, alij trium, nonnulli decem hominum. Communior cum Mascard. de Probat. concl. 1107. n. 18. Scaccia l. cit. n. 5. Passerin. Trib. Regul. q. 10. n. 3. fin. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 2. n. 29. Gonzal. in c. 9. b. tit. n. 5. König hic n. 51. Wiestner n. 5. Reiffensuel n. 250. id reponunt in arbitrio Judicis; quia ubi aliquid non est à Jure taxatum, vel definitum, censetur illud esse commissum arbitrio Judicis; in quo arbitrio ne erret Judex,

dex, considerare debet circumstantias actus, & temporis, Mascard. l. cit.

7 Quæritur 3. quid interfit, an crimen sit notorium, an occultum? &c. Interfit plurimum; nam quando occultum crimen est, Judex in ejus cognitione adstringitur ad observantiam Ordinis Judiciarii, ad cujus observantiam non adstringitur, quando crimen notorium est, prout per modum Regulæ tradunt DD. ex *can. prohibentur* 14. §. *bis omnibus, can. que Lotharius* 16. §. *in manifestis, caus. 2. q. 1. c. ad nostram* 21. de *jurejur.* & ratio est, quia Ordo Judiciarius solum introductus est ad criminis, aut Juris dubij veritatem investigandam: qui finis cessat in casu, ubi hæc est notoria. Et in hoc discedit Judicium criminale à Judicio Civili, ubi notorium non excusat ab observatione Ordinis Judiciarii; nam in hoc Judicio regulariter Judex non supplet principaliter agendo l. *un. c. ut que desunt Advoc. part. & l. dies 4. §. hoc autem 8. ff. de damn. infect.* Farin. *prax. crim. q. 21. n. 61.* Ex quibus.

8 Sequitur 1. in notorijs non esse opus accusatione, vel denuntiatione: Gomez l. 3. var. c. 1. n. 44. post medium, Farin. *prax. crim. q. 21. n. 62.* Haun. tom. 6. de *J. & J. tr. 2. n. 32.* Gonzal. in *c. evidentiâ* 9. b. tit. n. 2. Vallens. *bic §. 6. n. 2.* Pirhing n. 104. Wiestner n. 8. Reiffenstuel n. 254. & sumitur ex *c. evidentiâ cit.* ubi S. Augustinus, *Evidentiâ*, inquit, *patrati sceleris non indiget clamore accusatoris.* Ratio est, quia regulariter accusator requiritur, ut crimen manifestetur, & in Judicio per probationem publicetur *can. quisquis 3. caus. 2. q. 8. & l. fin. C. de accus.* atqui hæc manifestatio jam habetur per evidentiâ facti *c. fin. de cobabit. cler. & mul.* Igitur non erit necesse expectare accusationem, vel Denuntiationem.

9 2. In delictis notorijs non requiritur Libellus, Contestatio litis, Juramentum calumniæ, & aliæ solennitates pertinentes ad Judicij ordinationem, Gomez l. cit. Farin. n. 65. Scaccia l. 1. de *judic. c. 79. n. 8.* Passerin. *Trib. Reg. q. 10. n. 10.* Wiestner *bic n. 9.* Reiffenstuel n. 254. *Proceditque* hoc, sive agatur contra absentem, sive contra præsentem, sive sit notorium facti interpolati, sive momentanei, sive continui, ut cum alijs notat Farin. l. cit. Ratio est, quia ad has solennitates, ut n. 7. dixi, Judex in causa Notorij non adstringitur. Imò doctrina hæc etiam locum habet in Causis Civilibus; quia Jura, quæ ab obligatione offerendi Libellum, contestandi litem, & præstandi Juramentum calumniæ in notorijs liberant, loquuntur indistinctè.

10 3. Non est opus Citatione: quod intellige, quando ita certum est crimen, ut nulla omnino defensio ipsi competat; frustra enim citaturis, qui citatus nihil relevans potest opponere, Farin. n. 67. Passerin. n. 11. Wiestner n. 10. Reiffenstuel n. 257.

Secus, quando aliqua potest reo competere defensio, vel dubium sit, an non competat, vel possit competere; tunc enim omnino necessaria foret Citatio, ut communiter ab omnibus receptum testatur Farin. l. cit. n. 72. Et hinc non facile contra reum absentem etiam in notorio delicto, citatione non præmissa, est procedendum; quia fortè Exceptio aliqua, causam ejusdem relevans, ipsi competit. Similiter reus etiam in notorio crimine citari debet ad Sententiam: de quo teste Farin. n. 69. nullus dubitat. Excipitur tamen, quando mora cederet in præjudicium Reip. propter futurum scandalum in populo; quia tunc ratione scandalii vitandi potest reus condemnari, etiam sine citatione, ut alijs *cit.* notat Farin. n. 73. nam ad vitandum scandalum in Jure permittuntur multa, quæ aliàs de sui natura illicita, & prohibita sunt. Oportet tamen hoc casu certum esse delictum, & ita quidem, ut simul etiam certum sit nullam reo defensionem competere.

4. Etiam non est opus in Notorio Delicto, ut Judex ferat sententiam condemnatoriam solenniter, & in scriptis. Gomez l. 3. var. c. 1. n. 45. Farin. n. 115. quia regulariter est, quòd quando Judex procedit sine ordine, & figura Judicij, non requiratur, quòd sententia feratur in scriptis, Sufficiet ergo sententia non solennis, & præceptum Judicis, reo poenam intimantis, vel eum mittentis ad supplicium pro tali crimine, nisi tamen reus id esse notorium neget; tunc enim opus foret Sententiâ notorij declaratoriâ. *Clar. §. fin. q. 9. n. 8.* Farin. n. 116. Passerin. q. 10. n. 12. Pirhing *bic n. 104.* Wiest. n. 11. Reiffenstuel n. 258. Unde contraria Sententia, quæ ait, in Notorij etiam Sententiâ declaratoriâ non esse opus solum procedit, quando vel est notorium facti permanentis, ita, ut quotidie, & semper oculis hominum observetur, vel per reum non negatur notorium: imò etiam in his duobus casibus consultius ager Judex, si pronuntiet super notorio, ut cum *Foller.* notat Farin. l. cit.

5. Non est in casu Notorij locus Appellationi, sed ista non obitante, Judex ad executionem potest procedere *c. cum sit 5. fin. de Appell.* ibi, *Nisi forte manifestus raptor, vel fornicator existat.* Procedit autem hoc solum casu, quo in delinquentem decernitur poena, tanquam in reum notorij criminis; nam si ad hanc simpliciter, & notorietate non expressa, condemnaretur, locus appellationsi foret Durand. *Specul. tit. de notor. crim. §. 8. n. 25.* *Clar. §. fin. q. 94. n. 2.* Gomez. l. 3. var. c. 1. n. 47. Farin. q. 21. cit. n. 117. Passerin. q. 10. n. 15. Wiest. *bic n. 12.* Reiffenstuel *ibid. n. 260.*

6. Non admittitur recusatio Judicis, tanquam suspecti *c. proposuit 24. de Appell.* quod

quod verum est solum casu, quo poena pro delicto determinata est Jure, Statuto, vel consuetudine; nam si arbitrio Judicis infligenda sit, cum in taxatione illius excedere Judex possit, recusatio illius, tanquam suspecti, admittitur. Gomez. n. 46. Farin. n. 130. Haun. n. 37. Wiest. n. 13. Reiffenstuel n. 255.

14 Quæritur 4. quid requiratur, ut ratione criminis notorii Judex procedere adversus reum possit, ordine Judiciario non observato? n. 1. debet ipsum factum, quod in Delicto cadit, esse notorium: Tale erit, quando crimen patratum est coram decem, aut saltem sex hominibus, qui illud certò, & per sensum cognoverint; quia, ut ex hæcenus dictis constat, ad notorium facti requiritur, ut illud patratum sit coram populo, vel majore illius parte. Ad populum autem constituendum requiruntur decem saltem homines *can. unio 3. caus. 10. q. 3. Sanch. l. 6. conf. c. 3. dub. 3. n. 10. Passerin. Trib. Regul. q. 10. n. 4. Wiest. hic n. 5. Reiffenstuel ibid. n. 252.*

15 2. Debet notorium esse factum, non tantum in se, sed etiam in ratione delicti; quia nisi hoc modò notorium sit, locus erit tergiversationi, & exculpationi, cui tamen locus esse non debet in Delicto notorio *c. tua nos 2. de cohab. Cler. & mulier. Clar. §. fin. q. 9. n. 2. Farin. prax. crim. q. 21. n. 49. Haun. tom. 6. de l. & i. tr. 2. n. 30. Passerin. q. 10. cit. n. 5. Wiestner n. 6. Reiffenstuel n. 265.* Distinguendum tamen videtur inter facta, quæ ex sui naturâ maleficiæ arguunt, & inter facta, quæ ex sui natura bona, vel indifferentia sunt: ut *primi generis* facta etiam in genere Delicti notoria dici possint, sufficit ipsum factum notorium esse, & non apparere de Exceptione, quæ opposita facto malitiam tolleret; contra *in secundi, & tertij generis* factis, ut notoria fiant in genere Delicti, necesse est, ut notoriæ sint circumstantiæ, quarum adminiculo naturam hæc facta mutant, & mala efficiuntur. Ratio utriusque est, quia factum ponderatur secundam naturam suam, & tale præsumitur, quale à natura sua est *l. suus quoque 4. §. fin. ff. de heredib. instit. l. frater 1. c. ad leg. Corn. de Sicar. Farin. l. cit. n. 51.*

16 3. Debet constare etiam de ipsa notorietate; nam in hac fundatur processus in causâ Notorii: consequenter testes, quibus notorium crimen probatur, deponere non tantum debent de ipso crimine, sed etiam de notorietate ipsius, quòd scilicet præsentem, & inspectantem populo, vel majore illius parte sit perpetratum *c. cum dilectis 15. de Purgat. Canon. Durand. Specul. tit. de notor. crim. §. 3. n. 17. Farin. q. cit. n. 105. Scaccia l. 1. de Judic. c. 76. n. 11. Passerin. q. 10. n. 9. Gonzal. in c. 9. b. tit. n. 5. Wiestner hic n. 7. Reiffenstuel ibid. n. 263.* in qua

probatione cautè omnino procedere Judex debet, nec statim credere asserentibus Delictum esse notorium, cum notoria dicantur multa, quæ non sunt talia *c. consuluit 14. de Appellat.* Ideo honestius, tumusque aget, si quantumcunque delictum videatur esse notorium, super ejus notorietate recipiat à vicinia depositiones testium, quotquot haberi commodè possunt: imò non facile omittet ipsam etiam citationem, & mentionem Rei, ut ita se liberet à periculo poenæ, cui aliàs deposito officio foret obnoxius, si Judiciario ordine non observato, ad condemnationem, & executionem processit ut cum alijs notat Fagnan. in *c. Vestra 7. de cohabit. Cler. & mulier. n. 95.*

Quæritur 5. an, ordine Juris non observato, procedi etiam possit contra reum, in flagranti crimine, ut loquimur, sive in istius actu deprehensum, & apprehensum? n. Distinguendo: Vel enim reus delinquit in conspectu ipsius Judicis, pro Tribunali sedentis, aut aliàs Jurisdictionis actum exercens; vel à Ministris, aut etiam ab alijs ita repertus ducitur ad Judicem.

Si primum, ad punitionem illius, tanquam notorii delinquentis, procedere Judex, ordine Juris non observato, potest, ita, ut nec processu, nec probatione opus sit; quia aspectus Judicis inducit ipsi evidentem probationem quoad decisionem causæ *l. eadem 2. ff. de ferijs, l. si irruptione 2. §. ad officium 1. ff. fin. regund. l. minor 32. ff. de minor. Durand. Specul. tit. de notor. crim. §. 2. n. 12. Salycet. in l. 7. C. de accusat. n. 91. Gomez. l. 3. var. c. 1. n. 48. Farin. prax. crim. q. 21. n. 158. Passerin. Trib. Reg. q. 10. n. 17. Wiestner hic n. 17. Reiffenstuel n. 268.* Ne tamen, si postea in Syndicatu negaretur, condemnatum commisisse delictum in ejus præsentia, Judex periculum poenæ incurrat, tutius aget, si etiam hoc casu recipiat probationes delicti, ut sic ex actis probare possit, commissum in sua præsentia esse delictum. Farin. n. 159. & alijs *suprà.* Follerus *prax. crim. V. item quod notorius n. 27.* suadet, ut Judex, commisso delicto, reum in continente examinet: & siquidem Delictum confiteatur, decernere sine alia probatione, vel solennitate poenam eidem poterit. Si verò neget, super eo recipiat testes, & siquidem in Rei, ut loquuntur, confrontati facie adversus ipsum deposuerint, ad punitionem illius procedet: & ita practitari apud Farin. *l. cit.* testatur Lud. de Penna in *l. quotiens 17. C. de Dignit.*

Si secundum, & reus in flagranti deprehensus, & apprehensus ducatur ad Judicem, imprimis à Notario in Actus Judicialibus describenda est Relatio eorum, qui reum Judici sistunt, & recipiendi testes super Delicto, & deprehensione in flagranti; deinde examinandus ipse reus: ubi interest, an examinatus fateatur Delictum simpliciter.

pliciter, an cum excusatione, quæ poenam excludat, vel diminuat, v. g. quod occiderit iuxta defensionis gratiã, quod acceperit rem alterius in compensationem crediti &c. an verò Delictum omnino neget. *si primum*, poena ipsi secundum facti, & personæ qualitatem est decernenda. Farin. q. 21. cit. n. 133. & 143. *si secundum*, ei statuendus est terminus ad allegationis, seu exceptionis suæ probationem, nec antea condemnandus reus, quàm ex allegatis, & probatis confiter, quod ipse nihil relevans afferat, vel asserere possit. Farin. n. 143. cit. *Si tertium*, repetendi sunt testes super Delicto, & deprehensione in flagranti jam recepti: quorum testimonijs si convictus appareat, & post terminum ipsi datum relevans nihil afferat, promerita ipsi poena est infligenda. Si verò non sit plenè convictus, deveniendum est ad torturam; quia deprehensio in flagranti facit, ut reus sine alijs indicijs tor-

queri possit. Farin. n. 143. Passerin. n. 21. & 22. Wiestner n. 17. Reiffenstuel n. 263.

Dubiuatur, an reo deprehensio in flagranti, postquam delictum extra, vel in tortura confessus, vel de ipso legitime convictus est, infligi poena sine prævia Sententia possit? Affirmat Glossa communiter recepta in l. illius suscitum 22. v. eod. pr. ff. de his, qui not. infam. & hoc ipsum frequentissimo omnium consensu in plerisque locis observari ait Covar. in c. alma de sent. Excomm. in 6. p. 1. §. 1. n. 9. Juxta principia jacta n. 1. præferenda videtur doctrina Clari §. fin. q. 8. n. 4. & Farin. q. 21. n. 153. qui Sententiam hoc casu exigunt, sed absque sollemnitate Jure præscriptis prolata, sive Decretum de poenæ executione: à quo Decreto, tanquam Juris executione, Appellationem negant, nisi in casu, quo infligitur poena arbitraria, & in hac Judex excedat, P. Wiestner hic n. 18.

§. II.

De Accusationibus.

S U M M A R I U M.

21. 22. 23. Definitio Accusationis, & hujus explicatio.
34. &c. Modus eam proponendi.
27. &c. An exprimi in ea debeat etiam dies commissi delicti?
30. &c. Quid si in Libello accusationis propositum tempus, locus, aut qualitas non sit probata?
33. An in Libello accusationis facienda hodie sit Inscriptio?
34. Quando arrestari possit Accusatoris persona?
35. 36. An, & quando Libellus Accusationis continere debeat Conclusionem in causa?
37. &c. Quomodo accusare possint?
72. &c. Et qui accusari?
30. &c. An accusari possint absentes?
83. 84. An unus à pluribus?
85. &c. An accusari aliquis possit de crimine de quo ille nullã laborat infamia?
88. &c. An præcedere debeat monitio secretæ?
92. &c. An accusari de crimine iterum possit, qui de eo per sententiam semel est absolutus?
99. &c. Quæ sint partes Judicis in admittenda accusatione?
103. &c. An quis ad accusandum obligetur?
106. &c. An desistere liceat ab inchoata jam accusatione?
110. &c. Quis sit Effectus Accusationis ex parte Judicis?
114. &c. Ex parte Accusatoris?
117. &c. Et ex parte Accusati?
121. &c. Modi, quibus extinguitur Actio criminalis?
21. **Q**uzitur 1. quid sit Accusatio? *Re.* Est delatio Rei criminis in Judicium, ad publicam vindictam solemniter facta. Ita quoad sensum Clar. §. fin. q. 12. n. 1. Canif. summ. l. 4. tit. 19. Passerin. Trib. Regul. q. 7. art. 1. n. 1. Gonzal. in c. 1. b. tit. n. 6. Wagnereck ad Rubr. eod. not. 2. Vallens. hic §. 1. n. 1. Zoel. n. 1. Engln. 1. Pirhing n. 1. König n. 3. Wiestner n. 19. Reiffenstuel n. 3.
- Dixi 1. *Delatio*: in quo distinguitur Accusatio ab Inquisitione; nam Inquisitio præviam criminis delationem, aut manifestationem, ex instituto propositam, non prærequirit, sed ad eam instituendam sufficit fama, & indicia.
22. Dixi 2. *Rei criminis*: quod ex sententia Lauterbach. ff. b. tit. §. 14. & aliorum, debet esse publicum, & grave. Sed videtur distinguendum, quo Judicij genere agatur de crimine; nam causæ graviore expediantur Processu Ordinario, Summario Delicta leviora juxta l. levia 6. & ibi Brunnem ff. b. tit.
- Dixi 3. *in Judicium*; nam causæ criminales, si criminaliter de ijs agatur, coram Arbitris proponi non possunt v. causa 9. ff. de in integr. restit. & l. non distinguemus 32. S. Julianus 6. ff. de recept. qui Arbitr. sed requirunt autoritatem Judicis, & quidem competentis. Talis in hoc genere causarum erit, qui mixtum saltem Imperium habet, cuiusque criminofus subjectus est titulo domicilij, vel loci Delicti. Müller. ad Struv. Exerc. ad Pandect. 49. th. 6. Lauterbach. l. cit. §. 1. Magnif. P. Schmier tr. de Judic. c. 3. se 3. s. per totam.

Dixi

Dixi 4. ad publicam vindictam: quo differt Accusatio ab Actione, & Denuntiatione Evangelica; nam per Actionem intenditur satisfactio, & utilitas privata ejus, qui damnus, & injuriam passus est; per Denuntiationem verò correctio delinquentis: utilitas verò publica per utramque tantum intenditur mediata, quam immediatè procurare Criminosorum condemnatione, & poenis cogitat accusatio.

Dixi 5. solenniter facta: ad quam solennitatem olim requirebatur, ut Accusator se inscriberet ad poenam talionis, sustinendam in casu, quo Delictum non probaverit. Sed hodiernis moribus Inscriptio hæc ob periculum minuendæ Accusationis per consuetudinem sublata est, & ejus loco subrogata cautio de satisfactione, præstanda propter injuriam, & expensas. Struv. Exercit. 49. cit. ib. 9. Lauterbach ff. b. tit. §. 17. Et hinc de ea Inscriptio non est amplius necesse in Definitione Accusationis mentionem fieri.

Queritur 2. quomodo proponi Accusatio debeat? **1.** Proponi debet in scriptis per Libellum l. libellorum 3. pr. ff. b. tit. vel saltem viva voce ab Accusatore prolata, Notarius describere in actis debet: quod Curiarum praxi receptum esse testatur Clar. §. fin. q. 12. n. 7. Less. l. 2. de Just. c. 30. n. 2. Passerin. Trib. Regul. q. 7. art. 1. n. 3. Pirhing bic n. 2. König n. 52. Reiffenstuel n. 6. idque non immeritò; sic enim prohibetur variatio, & Judex magis dirigitur ad conformandam petitioni Accusatoris sententiam. **Excipitur**, si crimina forent levissima; tunc enim non est necesse, ut Accusatio in scriptis offeratur, vel viva voce prolata in scripta redigatur arg. l. levia 6. ff. b. tit. Sanch. l. 6. cons. dub. 52. n. 6. Passerin. n. 3. cit. in fin. König n. 52. Wiefner n. 21. Reiffenstuel n. 6.

Ut rite formatus censeatur Accusationis Libellus, exprimi in illo debent sequentia. **1.** Nomen Judicis l. libellorum cit. pr. junct. Gloss. V. Consul. ut appareat, an sit competens, necne. **2.** Nomen, & cognomen accusatoris, & accusati pr. cit. ut appareat, an accusare, vel accusari possint. **3.** Species criminis, ut secundum istius qualitatem Judex poenam mensurare possit pr. cit. **4.** Locus, & tempus patrati criminis pr. cit. **5.** Inscriptio, seu subscriptio accusatoris in crimen, live ad poenam talionis pr. cit. & c. super his 16. h. tit. quod statuendi justissima causa fuit, ut coerceretur temeritas accusatorum l. fin. C. de furt.

Hæc Jure communi spectato, Hodie de praxi passim Accusationis loco succedit simplex querela, in qua refertur crimen: nec solennis porrigitur Libellus; neque sit Inscriptio. Passerin. Trib. Reg. q. 7. art. 7. n. 5. Schambog. bic n. 5. Debet tamen Querela hæc, quæ loco Accusationis succe-

dit, continere nomen querelantis, querelati, Judicis, & commissi Criminis speciem, locum, & tempus: quæ nisi fiant, in ijs locis, & casibus, in quibus ex forma Statutorum specialium Judex non potest procedere, nisi ad querelam partis, non procedet Querela. Farin. prax. crim. q. 12. n. 5. §. 6. Clar. §. fin. q. 12. n. 3. Passerin. Trib. Reg. q. 7. art. 1. n. 5. Secus est in ijs locis, & casibus, in quibus, ut hodie plerumque fit, Judex procedere potest, & procedit ex Officio; nam in his non disputatur multum super requisitis in Querela, an adsint, vel non. Farin. n. 6. cit. Passerin. n. 5.

Dub. 1. quale tempus exprimi in Libello, vel Querela debeat? **2.** Exprimi debet annus, & mensis commissi criminis; alias hoc non expresso, accusatio criminalis erit ipso Jure nulla, etiamsi pars non opponat, ut teste Clar. q. 12. cit. n. 9. communis habet opinio, & probat ratio, quia sine expressione temporis, & loci, accusatio fiet incerta, ita, ut Reus, probando negativam coarctatam, non possit se aliquo modo defendere, aut testes, qui contra ipsum deposuerunt, de falso convincere. **Excipitur** in Delictis successivis, quale est Ebrietas, item in levibus; nam in his annus, & mensis non est exprimendus. Scaccia l. 1. de Judic. c. 51. n. 3. Guazzin. defens. 3. c. 3. n. 4.

Dies commissi criminis non est necessariò exprimenda; quia alioquin potestas accusandi, & probandi nimis restringeretur, cum quis faciliè possit oblivisci diem, vel etiam hebdomadæ, in qua commissum est Delictum; nec enim tempus ita cadit sub sensum, ut locus. Less. l. 2. de Just. c. 30. n. 4. Pirhing bic n. 2. cum alijs. **Excipitur, nisi Delictum ratione certæ diei esset specialiter punibile, aut expressio illius ad sui defensionem reo specialiter foret utilis; tunc enim, saltem hoc exigente, foret exprimenda. Farin. prax. crim. q. 1. n. 19. §. 20. Guazzin. reor. defens. 3. c. 3. n. 10. Passerin. Trib. Reg. q. 7. art. 1. n. 4. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 3. n. 62. Vallens. bic §. 1. n. 2. Zoel. n. 1. Honor. n. 16. Wiefner n. 23. Reiffenstuel n. 9.**

Dixi Dies commissi criminis; nam Accusationis inlitturæ dies est exprimenda l. libellorum 3. ff. b. tit. quod etiam de substantia requiri, bene docet Ameno tit. 9. V. Denuntiatio §. 4. q. 4. n. 34. tum quia in Jure, ubi præscribitur forma, requiritur dies l. cit. tum quia bene potest contingere, ut valor Processus à die dependeat, prout fit, si tali die Judex fuisset suspensus, vel accusator inimicus accusati &c. Et sic consuetudine servari testatur Clar. §. fin. q. 12. n. 2. & quamvis ibidem putet expressionem diei portectæ Accusationis non esse de substantia, ut propterea, si omittatur, vitietur Querela, vel Accusatio, addit tamen, casu, quo No-
tarius

tarius non faceret apparere in actis, quo die fuisset porrecta Querela, eum posse, tanquam imperitum, & suspectum privari officio.

30 Dub. 2. an, si Delictum probetur paratum in alio loco, vel tempore, aut sine qualitate quæ in Libello Accusationis expressa est, Rei condemnatio adhuc sequi possit? Negat Bartol. in l. is, qui reus n. 9. ff. de publ. Judic. cum quibusdam alijs, imò, ut DD. isti volunt, cum communi Sententia. Sed melius adhibetur distinctio: Vel enim qualitas diei est de substantia Delicti, quia v. g. adest Statutum disponens, ne tali die aliquid fieret, vel non est de illius substantia, sed factum, quod proponitur, est ita Delictum uno die, prout in alio.

31 Si primum, procul dubio debet probari dies ad hoc, ut reus de ipso facto, tanquam de Delicto, puniri possit, ut bene advertit Clar. pract. crim. §. fin. q. 12. n. 14. Si secundum, probato Delicto, licet non sit probata dies Delicti, in Libello accusationis proposta, condemnatio Rei sequi debet; tum virtute Clausularum, quæ de Stylo ponuntur in accusatione, ut est illa Non se adstringens &c. & illa Salvo jure &c. tum quia Judex ex officio potest supplere Libelli Accusationis defectum, ut sustineatur Judicium. Clar. l. cit. Scaccia l. 1. de Judic. c. 51. n. 39. §. ego tamen, Guazzin. defens. 2. c. 3. n. 13. §. nec non expresso, Passerin. Tribun. Reg. q. 7. art. 1. n. 6.

32 Idem dicendum, si in Libello proposta sit certa qualitas Delicti, e. g. quod accusatus fecerit percussionem cum sanguine, vulnerationem cum cicatrice perpetuo mansura, & qualitate non probata, probatum sit delictum; nam tali calu reus condemnari debet de principali Delicto, de quo est convictus, ut communiter fervari cum alijs restatur Clar. §. fin. q. 66. n. 4. prop. fin. quia hodie pars in Querela se non adstringit ad aliquam certam condemnationem, sed utitur Clausula generali, qua petit accusatum condemnari pro predictis, & quolibet eorum &c. ut proim sufficiat Delictum principale fuisse probatum. Similiter, si in Processu contra Reum fuit probatum Delictum, vel qualitas non contenta in accusatione, Reus in poenam ordinariam, illi Delicto, vel qualitati debitam, condemnari potest. Guazzin. Defens. 3. c. 4. n. 2. Passerin. n. 7.

33 Dub. 3. an adhuc hodie in Libello Accusationis sit facienda Inscriptio in crimen, sive ad poenam talionis? R. Negativè; nam poena talionis, saltem in foro Civili, hodie ab usu Judiciorum recessit, ut infra Tit. 2. n. 16. dicam. Loco illius hodiernis moribus Accusator per idoneos fidejussores, & pignora cavet de Accusatione ad finem Judicij usque prosequenda, de solvendis in casu succumbentis expensis, deque resarcienda injuria, & omni damno

l. si cui 7. §. cavent 1. ff. b. tit. l. qui crimen 3. C. de his, qui accus. non poss.

Antequam verò Accusator hujusmo-³⁴ di Cautionem præstet, per Constit. Crim. Carol. V. art. 12. jubetur arrestari ipsius persona, ita tamen, ut tam ad ipsum, quam ad accusatum, si defensionem suam prosequi velit, omnino indulgendus sit accessus liber earum personarum, quibus prior pro Cautione fidejussoria, posterior pro ostensione innocentie suæ uti cupit. Const. crim. cit. art. 14. Excipitur, si accusator sit persona in magna Dignitate constituta; nam hic Vadem, qui cum accusato paris conditionis sit, Judicio sistere potest, ut loco ipsius custodia committatur, qui tamen & ipse custodia hac liberandus erit, si Cautionem fidejussoriam ipse præstare voluerit. Const. cit. art. 14. fin.

Dub. 4. an in Libello Accusationis sit³⁵ apponenda Conclusio, seu petitio poenæ determinatæ? R. Non est necessariò apponendam. Et hoc est discrimen inter Libellum, quo proponitur Actio Civilis, & inter Libellum, quo proponitur Accusatio: in priori post facti narrationem, & causam applicatam, poni debet Conclusio, ut sciatur, quid, & quantum Actor petat, cum in ipsius sit arbitrio vel totum, vel partem petere: in posteriori autem sufficit sola facti narratio, & obligatio ad probandum sine conclusione ad poenam; quia quando constat de Delicto, tunc Lex ipsa facit Conclusionem ad poenam, quam remittere, vel moderari non est in Accusatoris potestate. Engi hic n. 4. Magnif. P. Schmier tr. de Delict. p. 1. c. 4. n. 45.

Si tamen etiam in Libello criminali³⁶ apponatur Conclusio, propterea ille non vitatur. Græveus p. 1. obs. 61. n. 20. König hic n. 54. Quin & ævusu, ac praxi fori Libellus Criminalis ita concluditur: Quare peto ipsum puniri juxta formam juris. & scaturorum, den Beklagten der begangenen Missethat halber nach Anweisung der Nechten zu bestraffen / ut patet ex Constitut. Crim. cit. art. 89. & notat Clar. §. fin. q. 31. n. 13. Decian. tr. crim. l. 7. c. 43. n. 4. König n. 54. cit. Addit Gall. l. 1. obs. 61. n. 19. consultò Conclusionem, & petitionem certæ poenæ addi, si tale sit Delictum, cujus poena pecuniaria est, & partim Accusatori, partim fisco applicanda.

Quæritur 3. quinam accusare possint?³⁷ Inutilis hodie videtur hæc quæstio, cum, ut hæctenus dictum est, hodie de consuetudine, etiam nemine accusante, in quocunque Delicto Judex possit procedere ex Officio. Multo magis igitur procedere poterit, instante aliquo accusatore, licet inhabili; nam, ut Clar. §. fin. q. 14. n. 1. §. scias tamen, & Farin. prax. crim. q. 12. n. 3. advertunt, Querelantis instantia, etiamsi facta sit ab eo, qui accusare non potest, aperit viam Judici ad

ad inquirendum de Delicto, per Querelam delato. Sed his non obstantibus, cum DD. *citt.* dicendum, quæstionis istius etiam hodie non modicam esse utilitatem, 1. In ijs locis, in quibus cessante prædicta consuetudine, servatur Jus commune. 2. In ijs, in quibus ex speciali Statuto extra certos casus Judex procedere non potest, nisi ad partis querelam; nam cum ista hodie loco accusationis successerit, ad querelam non admittentur, nisi illi, qui de Jure ad accusandum admittuntur. His prænotatis ad Quæstionem

38 Respondet Macer *J. C.* *l. qui accusaret, pr. ff. h. tit. Qui accusare possunt, intelligemus, si scierimus, qui non possunt.* Est enim Edictum de non accusando prohibitorium: in quo genere Edictorum, quod non est prohibitum à Jure intelligitur esse concessum, *inter corporalia 2. junct. Gloss. V. non incurritur, de translat. Episc. & l. ab ea parte 5. ff. de Probat.* Quare generaliter loquendo accusare permissum erit omnibus, qui non specialiter, & expressè reperiuntur Jure prohibiti, Durand. *Specul. l. 1. partit. 2. tit. de Accusat. n. 1. Clar. S. fin. q. 12. n. 1. Gomez. l. 3. var. c. 1. n. 31. Farin. q. 12. cit. n. 2. Pirhing hic n. 3.* ubi tamen distinguendum est, num crimen sit publicum, vel privatum.

39 Publici criminis accusatio plerumque conceditur cuivis de populo §. publica 1. *Inst. de Publ. Judic.* quòd illa puniri maxime pertineat ad utilitatem publicam, Gomez. *n. 31. cit. Farin. n. 8. cit. Less. l. 2. de Just. c. 30. n. 19. Guazzin. Defens. reor. 3. c. 1. n. 2. Rosbach. prax. crim. tit. 1. c. 8. n. 42. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 3. n. 21. Valleng. hic §. 2. n. 1. Pirhing n. 3. König. 49. & alij passim.* Contrà de privato crimine accusare ij duntaxat possunt, qui suam, vel suorum injuriam prosequuntur, ut cum *citt.* notat Farin. *n. 7.* & sumitur ex *l. manifestissimi 22. C. de furt.* Hæc tamen Distinctio non facit Regulam perpetuam; nam Actiones populares, & de spectis Tutoribus removendis, licet Publica non sint Judicia, cuivis tamen è populo conceduntur *l. popularis actio 4. ff. de Popular. actio.* Contrà adulterij, & suppositi partus crimina sunt Judicia publica, ad istorum autem criminum accusationem admittuntur soli parentes, & hi, ad quos ea res pertinet *l. quamvis 30. C. ad Leg. Jul. de adulter. & l. lege Cornelia 30. §. de partu 1. ff. de Leg. Cornel. de fals.*

40 Quamam verò Crimina publica, quæ verò privata sint, ut rectè observant Clar. *prax. crim. §. 1. n. 6. Farin. q. 18. n. 17. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 2. n. 2. & 3. Wiestner hic n. 25.* delumendum est à Lege, & consuetudine, quæ illa adnumerat Delictis publicis, vel privatis; ac propterea, quia Jus, & consuetudo Delictum privatum ad-

numerare potest Delictis publicis, fit, ut denominatio Delicti publici, & privati non sit constans. De Jure Canonico, ut cum *citt.* notat Passerin. *Trib. Regul. q. 9. n. 1. & 5.* omnia Delicta censentur Publica: quin etiam de Jure Civili per consuetudinem, & locorum Statuta discrimen inter Delicta publica, & privata passim sublatum est, quòd Judex in omnibus procedat ex officio, & ad Accusationem quis admittatur Clar. *n. 6. cit.*

Præcindendo à consuetudine, & locorum Statutis, Privata Delicta censentur injuriarum, furti, damni arborum furtim casarum, bonorum raptorum, expilatæ hereditatis, termini moti &c. Gomez. *l. 3. var. c. 1. n. 9. Farin. q. 18. cit. n. 15.* Quæ pro publico habentur, in triplici classe consistunt. Nam 1. aliqua directè sunt contra DEUM, aut res Divinas, ut blasphemia, Apostasia, Hæresis, Simonia, Magia, Sacrilegium &c. 2. Alia sunt contra Principis, aut Reip. Majestatem, ut perduellionis, & alia læsæ Majestatis crimina. 3. Alia committuntur quidem contra privatam personam, quia tamen Jus publica esse voluit, Publicis accensentur, ut Homicidium, Parricidium, Adulterium, Stuprum, Veneficium, Crimen falsi, Vis publicæ, & privatæ, ambitus, peculatus, repetundarum, fraudatæ annonæ &c. *l. non omnia 1. ff. de Publ. Judic. Wiestner hic n. 25.*

Dixi autem *n. 38.* generaliter loquendo permissum esse accusare omnibus, qui non specialiter, & expressè prohibentur; nam plura hominum genera in plerisque, & aliqui in omni Delicto ab Accusatione remouentur. Hinc

Dub. 1. quibus hominum generibus accusare non sit permissum? *n.* Hos enumerat Macer *l. qui accusare 8. & duabus seqq. ff. h. tit.* quem è vestigio sequitur Gratianus *can. prohibentur 14. caus. 2. q. 1.* juxta quos textus plura sunt capita, ex quibus aliqui ab accusando remouentur.

Et 1. quidem ob Sexum Mulieres, prout patet ex *l. qui accusare cit. l. non est 1. ff. eod. l. de crimine 12. C. de his, qui accusare &c.* quia facillè inducuntur ad habendum amorem, vel odium. Excipiuntur crimina quædam atrociora, de quibus Farin. *q. 12. n. 16.*

2. Ob Ætatem Impuberes, utpote 43 sufficienti intellectu ad perpendendum Accusationis negotium nondum instructi. Puberes autem, tametsi ante vigesimum annum completum testes in criminalibus causis agere nequeant *l. in testimonium 20. ff. de testib.* ab Accusatione tamen non arcantur. Sumitur ex *l. si maritus 15. §. lex Julia 6. ff. ad Leg. Jul. de Adulter.* ubi Minores excluduntur à sola accusatione Adulterij, & ab hac quidem tantum, quando proprium Matrimonium non est violatum. Igitur cum exclusio

B

clusio

clusio unius sit inclusio alterius; alia crimina accusare poterunt, dummodo illius ætatis sint, ut postulare, seu in publicum procedere valeant, videlicet 17. annorum *l. hunc titulum 1. §. initium 3. ff. de postul. eis-que assistat Curator l. clarum 4. C. de auth. prestand.* Imò consuetudine hodierna indistinctè admittuntur omnes minores ad accusandum, dummodo 14. ætatis annum impleverint. *Clar. §. fin. q. 14. n. 7. Farin. prax. crim. q. 12. n. 15. Gonzal. in c. 1. b. tit. n. 7. Reiffentuel hic n. 16.*

44 3. *Ob Conditionem Servus*; quia nec in Civilibus ad agendum admittitur *l. servus 6. C. de Judicijs*. Ex eodem capite *l. accusare cit. fin.* Libertini prohibentur accusare Patronos suos. An verò ob Conditionem suam accusare sine consensu Patris prohibeatur *Filius*, dissident inter se DD. nam aliqui cum *Gloss. in l. fin. pr. v. necessitate V. imponenda C. de bon. que liber. volunt. Filiusfam. sine consensu Patris accusare non posse.* Alij tamen cum *Clar. §. fin. q. 14. n. 5. & Farin. q. 12. n. 10.* eum etiam sine consensu patris admittunt ad accusandum, ex illa ratione; quia Accusatio pertinet ad Jus publicum; causam nempe publicam. In ijs verò, quæ ad Jus publicum spectant, non attenditur jus Patriæ potestatis *l. filiusfam. 9. ff. de bis, qui sui, vel alien. Jur.* Hinc *Clar. l. cit. ait*, se in praxi de hac doctrina nunquam dubitari vidisse. Illud certum est, quòd filiusfam. cum consensu Patris accusare valeat, etiam Jure communi spectato, *Reiffent. hic n. 18.*

45 4. *Ob Delictum Infames*: ubi distinguendum est inter Jus Canonicum, & Civile; nam Jure Civili ab accusatione repelluntur tantum Infames infamiâ Juris, *l. is, qui Judicio 4. ff. b. tit.* Jure Canonico autem etiam Infames infamiâ facti *can. que- vendum 18. caus. 2. q. 7. can. infames 17. caus. 6. q. 1.* Huc reducuntur *Criminosi*, & qui ipsi in reatu sunt *l. neganda 19. C. de bis, qui accusare Sc. l. si quis 5. ff. de Publ. Judic.* ubi iterum discrimen faciendum est inter Jus Canonicum, & Civile; nam Jure Canonico quis Criminosus, etiam nondum accusatus repellitur ab accusando, ut notat *Clar. q. 14. cit. n. 9. cum alijs.* At Jure Civili, ut criminosus repellatur ab accusando, necesse est, ut sit accusatus, & ejus nomen inter reos receptum; nam simpliciter accusatus, si nomen ejus inter reos nondum receptum sit, potest tam de majori, quam de minori crimine, & sive suam, aut suorum, sive etiam extranei injuriam prosequatur, accusatorem suum, vel alium reaccusare. Secus, si nomen ejus inter reos jam sit relatum; tunc enim nequit accusare alium, nisi priùs se purgaverit, & appareat esse innocens *l. neganda cit. vel nisi majus crimen illo, de quo*

ipse fuit accusatus, suo accusatori, vel alteri objiciat *l. prius 1. C. eod.*

5. *Ob sacramentum Miles*, qui stipendia meret, ne obtentu Accusationis à signis, & servitijs militaribus abstrahatur. Ad Veteranos, extra Castra degentes, hæc prohibitio non extenditur; quia non militant, cons. in his causa prohibitionis cessat: quamvis delatores esse prohibeantur propter honorem, & merita militiæ *l. deferre 18. §. Veterani 5. ff. de Jur. fisco. Gonzal. in c. 1. b. tit. n. 8.* Quoad Milites nostri temporis *Decian. l. 3. tr. crim. c. 16. n. 7.* distinguit inter eos, qui sunt in expeditione, & castris, & inter illos, qui manent otiosi domi, & ad custodiam Civitatum: illos putat, etiamsi non subeant Sacramentum more Romano, ab Accusatione tamen adhuc arceri, quòd in his militet ratio assignata, ne scilicet disciplinam militarem deserant; secus verò de *istis*, seu posterioribus: in quo tamen, ut idem Author *n. 8. addit*, in arbitrio Judicis relinquendum est, quando ad accusandum sint admittendi. *Rosbachius tamen prax. crim. tit. 1. c. 8. n. 13. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 3. n. 23. & alij existimant*, Milites nostros ad accusandum indifferenter admitti.

6. *Ob Imperium Magistratus*; quia sicut hic sine fraude in Jus vocari nequit, sic æquum est, ne alios interea in Jus vocet, vel accuset. Quod tamen DD. communiter intelligunt de Magistratu Romanorum majore, non etiam de inferiore, qui sine Imperio, & potestate est, ut Magistratus municipalis, & Judex Ordinarius *l. nec Magistratibus 32. ff. de Injur. & l. de Ordinario 4. C. de Offic. Præf. Prætor. Orient. & Illyr.* quod optimè probat *Decian. l. 3. tr. crim. c. 15. n. 4. & duob. seqq. ex l. qui accusare cit. ibi Propter Magistratum; potestatemve*, ubi Lex restringit prohibitionem ad eos duntaxat Magistratus, qui Potestatem, seu Imperium merum habent. Neque obstat, quòd textus loquatur alternative; quia ut idem *Decianus n. 6. cum Gloss. & Bartol. in l. 2. v. vel pecudem ff. ad Leg. Aquil.* notat, cum alternativa ponitur inter genus, & speciem, non servat naturam suam, sed exponitur vel pro id est, ut adeo sensus sit propter Magistratum, id est, potestatem, seu merum Imperium. Clariùs id ipsum indicant verba *l. cit. immediatè subsequenti*, ubi pro Regula ponitur, ut accusare non possint, qui non possunt in Judicio conveniri. Certum autem est, quòd in Judicio conveniri possint Magistratus minores *l. nec Magistratibus cit.* Ergo etiam accusare poterunt. Solum ergo accusare non permittentur Magistratus majores, & qui merum Imperium habent, & quidem solum, dum in Magistratu sunt. *Lauterbach ad ff. b. tit. §. 5. Miller. ad Struv. Exerc. ad Pandect. 49. th. 7. Lit. N. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 22. Neob eorum*

rum potentiam accusatus opprimatur: quæ ratio in minoribus Magistratibus cessat, cum non ita magna sint præditi potestate.

48 7. Ob turpem questionem, qui duo Judicia adversus duos reos subcripta jam habent; vel pecunias accusationis gratiâ receperunt; quia præsumuntur non æqua intentione ad accusandum prorumpere, qui tantopere laborant sanguinem humanum profundere per textus cit.

8. Ob suspensionem calumnie, qui falsum testimonium subornati dixerunt can. prohibentur cit. & l. alij 9. ff. h. tit.

9. Ob pauperatatem, qui minus quam 50. aureos in facultatibus suis habent l. nonnulli 10. ff. eod. nisi tamen constet, quod bonæ conversationis, & honestæ sint vitæ. Gloss. in l. cit. Clar. S. fin. q. 14. n. 19. Decian. tr. crim. l. 3. c. 22. n. 16. Farin. q. 12. n. 50. Rosbach. prax. crim. tit. 1. c. 8. n. 44. Carpz. præf. crim. p. 3. q. 104. n. 29. Gonzal. in c. 1. h. tit. n. 3. Pishing hic n. 6. König n. 28. Reiffenstuel n. 27.

49 Dub. 2. an præter enumeratos ab accusando repellantur adhuc alij? Præter enumeratos, & can. prohibentur, & l. qui accusare, l. alij, l. nonnulli, cit. comprehensos plures adhuc sunt, qui ab accusando prohibentur vel simpliciter, vel respectu certarum personarum.

Ei quidem 1. ob defectum animi furiosus, mente captus, & prodigus, Decian. tr. crim. l. 3. c. 11. n. 1. § 2. furiosus quidem, & mente captus; quia in Judicijs voluntas requiritur, cum in illis dicatur quasi contrahi l. licet 3. §. idem scribit 11. ff. de pecc. prodigus autem; quia æquiparatur pupillo habenti tutorem, vel minori habenti curatorem l. si curatorem 3. c. de in integr. restit. & l. Pulcinus 7. §. adeo 9. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Neque obstat, quod prodigus obligetur ex delicto, ut cum Gloss. in l. si quis in tantam q. 3. C. unde vi communiter docent Interpp. & DD. apud Decian. l. 3. cit. c. 11. n. 3. conf. etiam videatur posse accusare de delicto; nam disparitas est, quia ex delicto cum obligatur, delictum jam est commissum, & ideo merito puniendus, ne delinquendi occasio ipsi detur: contra dum accusat, cum accusator deficiens in probatione condemnatur ad expensas, & subeat poenam talionis, periculum incurrit, ne facilitate sua profundat bona sua, ob quod periculum interdictum ipsi est bonis suis.

50 2. Ob defectum corporis Surdi, & muti, si tales sint à nativitate: secus, si ex accidenti tantum, præsertim si scribere noverint. Decian. c. 11. cit. n. 14. & trib. segg. König hic n. 17. Wiest. ibid. n. 27. Ratio primi est, quia non possunt sufficienter explicare consensum, & voluntatem suam: & ideo agere non possunt civiliter, vel postulare pro se, vel pro alijs l. hunc titulum 1. §. initium 3. v. propter casum. ff. de postuland. & l. mu- R. P. Schmalzgrueber L. V. T. l.

tus, & surdus 42. pr. ff. de Procurator. multo minus igitur accusare poterunt, cum ad munus accusandi ob gravitatem causæ criminalis major utique personæ habilitas requiratur. Ratio secundi; quia mutus, & surdus ex accidenti, si scribere noverit, accusatoris officia omnia implere potest saltem scribendo, & legendo. Igitur cum nulla Lex eundem ab accusatione removeat, ad eam est admittendus. Multo magis ad accusandum admitti potest Surdus tantum, aut mutus tantum, & cæcus, circa ea, quæ sensu proprio possunt percipere, aut quæ percepterunt, antequam in infortunium illud incidierent; nam circa hæc possunt esse testes. Decian. n. 6. &c.

3. Ob vinculum censure Excommunicatus, sive ligatus Excommunicatione majore; nam hic ab agendo repellitur potest, & debet c. intelleximus 7. de Judic. & c. pia 1. de Except. in 6. Ergo nec accusare potest; quia accusator in causa criminali proprius est actor. Idque servandum etiam in foro Civili. Clar. S. fin. q. 14. n. 16. Farin. q. 12. n. 29. Pishing hic n. 6. König n. 19. Reiffenst. n. 24. cum alijs. Excommunicatus Excommunicatione minori ab accusando non repellitur. Farin. n. 32. & 33. & ratio disparitatis est; quia Excommunicatus Excommunicatione majore ab agendo, & accusando repellitur, quod ista Censura eum privet communicatione cum fidelibus, quæ communicatione non privat Excommunicatio minor.

4. Ob reverentiam filius prohibetur accusare patrem; quia nec contra ipsum agere potest civiliter sine venia l. quicumque 4. §. Prætor ait 1. ff. de in Jus vocand. quod intelligendum etiam de filio naturali, spurio, adoptivo, emancipato: nec de parentibus, & filijs tantum, sed etiam de descendenti- bus quibuscunque respectu suorum Ascendentium, & illi Filiorum nuncupatione veniunt. Decian. l. 3. cit. c. 14. n. 1. & trib. segg. Ob eandem reverentiæ, & gratitudinis obligationem accusare prohibetur Libertus patronum, vel ejus hæredem l. qui accusare 1. fin. h. tit. Alumnus Educatores l. iniquum 17. C. de his, qui accusar. non poss. Vassallus Dominum 2. feud. 33. §. 1. v. similiter. Discipulus Magistrum, cum filio ille, iste patri æquiparetur, utpote qui eundem docuit vitam meliorem vivere: quorum omnium ratio est, quia nimis inhumanum, & brutorum feritate crudelius est vitam naturalem, vel civilem, quam accepisti à parentibus, & patronis, per accusationem ipsedem eripere.

5. Ob conjunctionem sanguinis accusator, Fratris non potest esse Frater, ita quidem, ut accusanti exilij poena statuatur l. si magnum 13. & l. sororem 18. C. de his, qui accusar. nimis enim inhumanum videtur, ut frater fratris publicam damnationem desideret.

ret. *Excipitur nisi crimen sit leve; de hoc enim frater fratrem accusare potest l. cit. item si accuset ad vitam propriam conservandam, ut quia frater fratris vitæ insidias parat; nam ex ejusmodi causa etiam pater potest accusare filium l. propter insidias 14. c. eod.* Non est autem discrimen hic faciendum inter fratres germanos, consanguineos, & uterinos; quia *l. si magnum cit. indistinctè loquitur, ejusque ratio in jure sanguinis fundatur.* Fratrum tamen nomine non veniunt hic fratres patruales, fratres adoptivi, fratres spirituales, & multo minus Privigni, *die zusammengebrachte Kinder.* Decian. *l. 1. cit. c. 13. n. 19. & seqq.* quia non sunt proprie fratres.

54. *6. Ob familiaritatem accusare prohibetur quis eum, cujus familiaritati inhaerit l. siquis 20. C. de his, qui accusant. imò si accuserit, ultro gladio feriet in l. cit. jubetur; quia, ut ibid. Arcadius, & Honorius Imp. loquuntur, vocem funestam amputari oportet potius, quam audiri. Excipiuntur familiares Episcopi, & aliorum Praelatorum; nam hos, si accusare Episcopum suum, vel Praelatum velint, non possunt hi ab accusando repellere c. nulli 5. h. tit. licet repellere illos, si ita ipsi videbitur, possit Judex. Decian. c. 14. n. 11. cum Gloss. Felin. & alijs. Ratio exceptionis est, quia Episcopus, & Praelatus debet habere familiam sanctam, & cum semel approbaverit eorum fidem, non potest amplius illos reprobare. Intellege autem, si tales sint, quorum mores ob altitudinem cum ijs conversationem Praelatus, vel Episcopus potuit cognoscere, ut sunt eorum Cubicularij: secus, si tales sint, cum quibus non adeo frequenter conversatur; nam in his cessat ratio textus c. nulli cit. imò etiam priores repelli possunt, si alio laborent impedimento, quia v. g. sunt Laici, Excommunicati &c. ob quod impedimentum repellere non familiares possunt. Decian. l. cit. n. 13. & seqq.*

55. *7. Ob odium inimici capitalis, aut aliàs valde infestus non permittitur accusare eum, quem averfatur c. mentulmus 13. h. tit. Quia talis praesumitur accusare potius privatæ vindictæ causâ, quam zelo justitiæ. Talis esse praesumitur 1. accusatus respectu ejus, qui illum accusavit; nam hic, nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur, reaccusare accusatorem suum non permittuntur in pari, vel minori crimine, licet possint de majori l. prius 1. & l. neganda 19. C. de his, qui accusant. 2. Qui talitè testimonium in causa criminali respectu ejusdem causæ, nisi coactus tulerit c. cum p. 10. b. tit. quia ex tali testimonio praesumitur originaria inimicitia inter testem, & eum, contra quem testis deposuit. 3. Judæus, Paganus, Hæreticus respectu Christiani, & Catholici can. Paganus 25. caus. 2. q. 7. quod circa Hæreticos in Germania non procedit,*

cum in hac Hæretici cum Catholicis mixti degant. 4. Laicus respectu Clerici c. cum p. cit. quia horum accusatio praesumitur ex odio proficisci. 5. Inimicis cohabitantes, & cum eis frequenter versantes; quia ejusdem voluntatis, & affectionis esse creduntur, cujus sunt ij, qui domestici, & familiares sunt c. repellantur 7. b. tit.

8. *Ob conditionem Clerici, & Religiosi, qui prohibentur accusare Laicos can. sicut 6. caus. 2. q. 7. tum quia accusatio est genus illaudabile, intentionis cau. siquis 30. & ibi Gloss. V. illaudabilis q. cit. ideoque Clericus se immiscere non debet hujusmodi odiosis litigijs; tum quia Clerici debent esse segregati a vita, & actionibus Laicorum. Abb. in c. cum p. 15. n. 8. b. tit. Farin. q. 12. n. 12. y. limitis 1. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 9. n. 22. Engl. hic n. 6. Pirhing n. 4. Schambog. n. 6. Reiffenstuel n. 19. qui tamen distinguunt, utrum agatur ad publicam vindictam, vel solum ad privatæ injuriæ satisfactionem; nam si primum, indistinctè neganda est Clericis, & Religiosis autoritas accusandi, five agatur ad poenam sanguinis, five non, ob rationes allegatas. Si secundum, licet Laicum Clericus accusat, modò in casu, quo pro delicto poena sanguinis imponenda venit, protestetur, quòd non intendat agere ad vindictam, seu poenam sanguinis, vel aliam corporalem; quia aliàs daretur Laicis anse impune delinquendi in Clericos. Neque hoc casu Clericus irregularis efficitur, etiamsi dein Judex, insuper habita protestatione Clerici, reum condemnet ad poenam sanguinis ordinariam, in quo differt Clericus accusator, prosequens suam, suorum, vel Ecclesiæ suæ injuriam, à Clerico, deponente testimonium in hujusmodi causa, qui non obstantè simili protestatione, Irregularis efficitur, si reus postea poenâ mortis, vel mutilationis plectatur. Clar. q. 24. n. 9. Farin. n. 12. Pirhing n. 4. König n. 13.*

Dub. 3. *an hæcenus recensiti aliquando ad accusandum admitti possint? Plerosque illorum in certis casibus ad accusandum admitti posse, imò debere. Et 1. quidem, quando suam, ac suorum injuriam prosequuntur can. de crimine 1. & can. seq. caus. 15. q. 3. l. certis 2. §. pupillis 1. ff. b. tit. l. de crimine 12. C. de his, qui accusant. Suorum autem nomine cum Ant. Gomez. Farin. n. 58. su. vult intelligi hic consanguineos usque ad sextum gradum, ultra hunc reliquos reputari pro extraneis, nec prosequentem istorum injurias censeri prosequi injurias suorum.*

2. *In crimine læsæ majestatis l. in qua 18. stionibus 8. ff. ad Leg. Jul. Majest. & alijs atrocissimis, uti est crimen Hæresis; quia hæc Majestatis crimini æquiparatur c. vengentis 10. de Hæretic. c. item Simoniz, Sacriligij, Latrocinij, Assassini, Testimonij falsi, fallac-*

monetæ, fraudatæ annonæ, Censuræ, aut pecuniæ publicæ, per textus, aut arg. l. famosus ff. ad Leg. Jul. Majest. & l. vix scribitis ff. de Judic.

19 3. Quando agitur de Ecclesiæ, vel Monasterij, aut alia utilitate publica arg. c. illa 3. c. ubi 5. & c. ex parte 11. b. tit. Et ex hoc capite Laicus, etiam extraneus, accusare potest Prælaturam, vel alium Clericum super dilapidatione bonorum Ecclesiæ. Clar. S. su. q. 14. n. 21. Farin. q. 12. n. 13. §. si vero, Honor. hic n. 4. Pirhing ibid. n. 4. §. 2. prohibetur.

60 Dixi autem, plerosque ex enumeratis à n. 42. in recensitis modò casibus admitti posse ad accusandum. Nam aliqui ne quidem in istis casibus admittuntur ad accusandum, alij verò in uno solum, vel altero.

Absolutè repelluntur 1. infantes, amentes, furiosi, quos defectus rationis à munere isto repellit. 2. Surdi, ac muti simul, si tales sint, ut mentem & voluntatem suam satis explicare non possint, ut per se patet. 3. Excommunicati Excommunicatione majore ob periculum participationis, quod periculum cum urgeat etiam in casibus à n. 57. recensitis, ideo hujusmodi Excommunicati ne quidem in criminibus exceptis, aut quando se, suorumque injuriam prosequuntur, ad accusandum admitti possunt. Decian. tr. crim. n. 20. à n. 4. Excipitur casus rarissimus, quo verteretur causa boni publici, & hujus periculum aliter, quam accusatione ab Excommunicato facta averti non posset. Ratio est, ut sic Censura Ecclesiastica magis timeatur, Communionis periculum evitetur, & contumaciæ vitium reprimatur. Farin. q. 12. n. 31. Pirhing hic n. 6. König n. 19. Reiffenstuel n. 24.

Limitatè ab accusando repelluntur. 1. Inimicus respectu ejus, respectu cuius inimicitias gerit; nam hic quidem admitti debet ad accusandum, quando suam, vel suorum injuriam prosequitur, ut notat Clar. S. su. q. 14. n. 17. in su. & Farin. q. 12. cit. n. 44. ubi rationem dat, quia alias nullus accusando prosequi injuriam suam posset, cum omnes illi, qui prosequuntur suam, vel suorum injuriam, præsumantur inimici esse accusato propter injuriam. Extra hunc casum tamen ab accusando inimico inimicus repellitur, etiam in criminibus exceptis Decian. tr. crim. l. 3. c. 25. n. 6. Farin. n. 39. & alij apud istos: quia non minus Reip. interest, ne quis injuriam damnetur, quod facile fieret, si capitales inimici ad accusandum inimicum in criminibus præfatis admitterentur. Et extenditur hoc 1. etiam si accusatus culpam suam dederit causam inimicitiarum; nihilominus enim excipere potest contra inimicum accusatorem; dummodo causam inimicitiarum non dederit fraude, & dolo, ut nempe accusatorem posset re-

pellere. Abb. in c. repellatur, 7. b. tit. n. 5. Decian. l. cit. n. 16. Reiffenstuel hic n. 25. In.

Extenditur 2. etiam si esset reconciliatus inimico suo, si reconciliatio sit recens; secus, si dudum antea facta. Decian. n. 21. Farin. n. 41. & duob. seqq. Pirhing n. 9. In. Extenditur 3. etsi crimen opponat per modum Exceptionis tantum, si hæc voluntaria sit, seu spontè opposita. Decian. n. 15. Farin. n. 40. §. amplia 2. Pirhing n. 9. cit. & sumitur ex c. meminimus 13. b. tit. Extenditur 4. etsi crimen, de quo accusare inimicum vult, sit notorium; quia non deerunt hoc casu alij accusatores, & si desint, ex officio inquiret Judex. Decian. n. 2. Farin. l. cit. Excipitur causa Hæresis; nam in hac accusare potest etiam inimicus; quia tunc dicitur prosequi suam injuriam, cum id, quod in Divinam Religionem committitur, in omnium inferatur injuriam. Decian. n. 7. Farin. n. 39.

2. Liberi Parentes suos, & Liberticorum Patronos accusare quidem possunt in criminibus exceptis, ut ex crimine læsæ Majestatis cum communi expressè concedit Decian. l. 3. cit. c. 14. n. 23. de crimine Hæresis patet eam. legi 13. caus. 23. q. 3. & c. litteras 14. de præsumpt. quod multo magis concedendum de consanguineis, & à tenera ætate alimentatis, cum minor istorum conjunctio, & minor obligatio ad reverentiam sit. Extra crimina excepta tamen accusatio Parentum, Patronorum &c. ipsis non permittitur, etiam quando propriam suam, aut suorum injuriam prosequuntur; sed sufficit eo casu, si civiliter eisdem conveniant, casu, quo fortè rerum suarum jaecturam ab ijs sunt passi, Engl. hic n. 13.

3. Clerici agere quidem civiliter contra Laicos possunt, prosequendo suam, suorum, vel Ecclesiæ suæ injuriam, cum protestatione, quòd non intendant poenam sanguinis, ut dictum est supra n. 56. criminaliter tamen accusare illos etiam in criminibus exceptis nequeunt, ob Irregularitatis periculum, quam incurrerent casu, quo ad ipsorum accusationem reus plesteretur poenâ mortis, vel mutilationis. Interim tamen nihil obstat, quo minus Parochus, vel Concionator absque speciali designatione hominis, vel poenæ in genere monere possit Magistratus, ut pro securitate publica, & ad scandalum vitandum Justitiam administrent, & in malefactores inquirent. Engl. hic n. 7.

Dub. 4. an Clerici, præsertim famulantes, accusare possint Episcopum suum, vel Religiosi Abbatem, aut Prælaturam suam? Videntur non posse ob reverentiam, & obedientiam ipsis debitam.

Sed aperti Juris est, utrisque permissam esse accusationem, Clericis quidem respectu Episcopi c. nulli 5. b. tit.

Religiosis verò respectu Abbatis, aut Præpositi sui Regularis *c. illa 3. & c. ex parte 11. eod.* quòd ea spectet utilitatem Ecclesiæ, vel Monasterij, cuius interest, pro Pastore, & Administratore non habere Lupum, aut Dissipatorem. Barbof. *in c. illa cit. n. 2. & in c. ex parte n. 2. Gonzal. ibid. n. 2. & in c. 2. eod. n. 3. Vallens. hic §. 2. n. 6. Canis. n. 4. fin. Zosf. n. 2. Honor. n. 6. Pirhing n. 10. Schambog. n. 8. König n. 14. Reiffenstuel n. 19.* Et procedit etiam de Fratibus Conuersis, seu Laicis; nam cum horum etiam interest habere bonum Prælaturam, ad hunc accusandum admitti debent. Abb. *in c. 3. cit. n. 2. Pirhing n. 13.* Antequam tamen Religiosus admittatur ad accusandum suum Prælaturam, præmitti Summaria cause cognitio debet, quâ disquiratur, etiam in absentia partium, an accusare volens procedat bono, vel malo zelo; nam si alij sine tali prævia inquisitione non accusant, multo minus accusare Prælaturam Religiosis permitti debet. Joann. Andr. *in c. cit. n. 9. Abb. n. 9. Pirhing n. 11.*

65 Ubi de bono zelo accusare volentis constiterit, provolare iste ad accusationem Prælati sui potest, etiam veniã ad accusandum ab hoc non impetratã, vel petitã; quia fortè eam negaret. Abb. *in c. ex parte cit. n. 6. Durand. Specul. de Actore §. us. n. 18. Sanch. l. 6. moral. c. 12. n. 19. Barbof. in c. ex parte cit. n. 2. Pirhing hic n. 10. not. 1. Schambog. n. 10. Wiestner n. 24. cum alijs.* Quoties verò Religiosus accusat Abbatem suum, sunt ei ministrandæ de rebus Monasterij expensæ litis, usque dum hæc debitum finem accipiat, prout deciditur *c. ex parte cit. & redditur ibi ratio*, quia Monachus proprium non habet. Quod intelligendum non solum de expensis ad victum, sed etiam de ijs, quæ necessariæ sunt ad litem prosequendam. Gloss. *fin. in c. ex parte cit. Joann. Andr. ibid. in fin. Anchar. n. 3. Abb. n. 9. Felin. n. 4. Sanch. l. cit. n. 20. Pirhing hic n. 11.* Idque verum est, si ve Monachus accuset, si ve depunitet Abbatem; nam licet textus *c. ex parte cit.* loquatur de accusatione, eadem tamen est ratio de denuntiatione, ut cum *citt.* advertit Innoc. *in c. cit. fin.*

66 Excipiendi tamen sunt tres casus, in quibus Monasterium Religioso suo subministrare expensas pro lite non tenetur. Et 1. quidem, si Religiosus Abbatem accusans habeat peculium aliquod; quia tunc cessat ratio *s. ex parte cit.* nempe quòd Religiosus aliunde non habeat, ex quo solvat expensas. Abb. *in c. cit. n. 9. Felin. n. 4. Sanch. n. 21. Pirhing n. 12.* 2. Si accuset ob causam non Monasterij, sed propriam. Sanch. *n. 23.* Et idem dicendum, si prosequatur causam Electionis suæ, quâ electus est ad Dignitatem extra Monasterium: secus, si eligatur ad Prælaturam in suo Monasterio;

nam tunc Monasterium tenetur ministrare expensas necessarias ad litem sibi super electione motam, cum ejus interest. Felin. *n. 4. Sanch. n. 26. Pirhing n. 11.* 3. Si Monachus alium, quàm Abbatem accuset. Gloss. *in can. cum pastor 58. V. eod. caus. 2. q. 7. Pirhing l. cit.*

Similiter Abbati accusato à Monachis debet Monasterium tribuere expensas ad se defendendum, usque ad finem litis; quia etiam Monasterij interest non deponi Abbatem culpæ expertem. Gloss. *in c. ex parte cit. V. alia. Joann. Andr. ibid. n. 8. Abb. n. 15. Sanch. n. 24. Pirhing n. 11.* Idque extenditur etiam, quando Abbas remotus est ab administratione, si ve ab illa suspensus; adhuc enim debent illi subministrari expensæ à Monasterio ad se defendendum: secus, si esset omnino privatus titulo, i. e. verè, ac realiter depositus, cum tunc nihil amplius habeat commune cum Monasterio. Ita *citt.* Nunquam tamen Abbati Monasterium subministrare tenetur expensas, ut se defendat, quando habet peculium ad id sufficiens. Sanch. *l. cit.*

Neque contrarium probat reverentia & obedientia debita Episcopo, vel Abbati, cum clari Juris textus accusationem permittat. Hoc solum sequitur, quòd à tali Religioso propterea non minor obedientia præstanda sit Prælato. Excipitur casus, quo præciperet, ut ab accusatione desisteretur; tale enim præceptum, tanquam injustum, & in Ecclesiæ, vel Monasterij detrimentum cedens, non obligaret *c. olim 26. b. tit.*

Dub. 5. quando accusare permittatur Servi? *n. Regulariter* quidem, ut dictum est *suprà n. 44.* non permitti Servis potestatem accusandi: quod verum est, etiam si suam propriam injuriam vellet prosequi. Gloss. *in can. omnibus 2. caus. 4. q. 6. Decian. tr. crim. l. 3. c. 2. n. 2.* nisi hanc contra ipsius patronum vellet prosequi in casu statim referendo. Et intelligendum hoc etiam est de Statu Liberis, ut patet ex *l. statu liberi 29. pr. ff. de stat. liber.* ubi dicitur, quòd Statu liberi nihil pendè à Servis differant, maxime in criminalibus.

Plures tamen sunt casus, in quibus Servi ad accusandum admittuntur. Et 1. quidem in criminibus exceptis. Decian. *c. 8. cit. n. 4. & quinque seqq.* 2. Quando Servus communi opinione pro libero habitus fuit; nam tali casu Accusatio ejus valet *arg. l. Barbarius 3. ff. de Offic. Prætor.* 3. Quando accusavit, & nil ipsi fuit oppositum, vel supplicavit, & impetravit Rescriptum; quia tunc poterit accusationem prosequi, & impetrata exequi *l. universis 6. C. de precib. Imper. offerend.* 4. Quando vult accusare interfectorem Domini sui *l. licet 1. c. eod.* cuius textus Constitutio licet loquatur tantum de Supplicatione, ob par-

ritatem tamen rationis procedit etiam in Accusatione; nam Supplicationem Servi, deferentis interfectorem Domini sui, duæ causæ admitti faciunt, atrocitas scilicet criminis, & fidei exemplum, quæ rationes etiam suadent deferendum ejusdem Accusationi *Conf. ex l. quoniam 1. C. pro quib. caus. Serv. pro præm. libert. accip. ubi Servus, si necem domini accusaverit, & ejus necis reum convicerit, pro præmio libertatem consequitur. Ergo necesse est, ut accusatio ejus prius legitima fuerit.*

71 Utrum verò, & quibus casibus Servus accusare dominum suum possit, controversa est inter DD. Antonius Matthæus de *crim. tit. de Accusat. c. 1. n. 4.* putat, accusationem Domini Servo solum concedi in crimine læsæ majestatis, nixus textu *l. si quis 30. C. de his, qui accusar. ibi, Majestatis autem crimen tantum excipimus.* Sed clari sunt textus *l. vix certis 53. pr. ff. de judic. & l. nullo 7. ff. ad Leg. Cornel. de fals.* ubi Servus permittitur accusare dominum suum de supprellis tabulis Testamenti, quo libertas sibi datur. Hinc alij ad Legum correctionem excludendam ex *l. si quis cit. eliminant particulam taxativam Tantum: nec sine fundamento; nam in l. un. cod. Theodos. ne propt. crimin. serv. ubi ea Constitutio reperitur, particula ista non ponitur, ut advertit Gonzal. in c. 1. b. tit. n. 8. circ. princ.*

72 Quæritur 4. quomodo accusari possint? Accusari possunt generaliter delinquentes omnes, nulla ætatis, vel sexûs habita ratione, modo non careant usu rationis ad delinquendum requisito, & Legè non prohibeantur. *Clar. §. fin. q. 16. n. 1. Wesenbec. ff. b. tit. n. 10. Rosbach. prax. crim. tit. 1. c. 9. n. 1. Pirhing bic n. 23. Reiffenstuel ibid. n. 34. Magnif. P. Schmier tr. de Delict. p. 1. c. 4. n. 33.*

73 Prohibentur autem accusari *infantes, furiosi, amentes;* nam illos innocentia consilij, hos calamitas, & fati infelicitas excusat, ut dicitur *l. infans 12. ff. ad Leg. Corn. de Sicar.* Et hoc adeo verum est, ut furiosus, qui ante furorem homicidium, vel aliud delictum capitale commisit, donec respiscat, nec reus postulari, nec ultimo supplicio, aut poenæ corporali addici possit, cum satis ipso furore puniatur *l. Divus 14. ff. de Offic. Præs. Ita post Bald. Josan. Rip. tenent Clar. §. fin. q. 60. n. 7. Gaill. l. 2. obs. 10. n. 22. König bic n. 33. contra Fachin. l. 9. contr. c. 3. Excipitur, si crimen sit atrocissimum; pro hoc enim etiam furiosum propter exemplum puniri posse, notat Hippol. in l. 1. n. 58. ff. ad leg. Corn. de Sicar. cum etiam pecora rationis expertia eo casu morte puniantur, non propter conscientiam peccati, sed quia refricant indignam memoriam facti.*

74 2. *Minores 25. annis.* si puberes, aut paupertati proximi, & doli capaces sint,

accusari quidem possunt, sed non aliter, quam dato à Judice Curatore, qui liti, aut causæ assistat, & in ea autoritatem præstet, aliàs processus, & Judicium irritum, ac nullum erit *l. clarum 4. C. de Auth. præst. Idque obtinet, quantumvis Minor accusatus Patrem habeat, qui legitimus ejusdem Administrator est; nam etiam tunc Judex in causa criminali illi Curatorem dabit vel ipsum patrem, vel alium quemcunque idoneum, si ita visum eidem fuerit, quod legitima Patris administratio solum pertineat ad bona adventitia filij, & lites super his motas *l. res, que 1. C. de bon. matern. quod procedit, spectato Jure communi; nam praxia nullum penitus Curatorem minori adesse finit, teste Carpoz. prax. crim. p. 3. q. 145. n. 32. König bic n. 34. Reiffenstuel ib. n. 35.**

3. Frustra accusantur servi de criminibus, quæ vel Civitatis amissionem, vel poenam pecuniariam secum ferunt; quia cum nec Civitatem, nec proprij quidquam habeant, poena hujusmodi in eos non cadit, sed durior eis extra ordinem imminet *l. hos accusare 12. §. fin. ff. b. tit.*

4. Accusari regulariter nequeunt ante condemnationem mortui, ut habetur *l. ex judiciorum 20. ff. b. tit. l. similes 1. & seqq. C. si reus, vel accusat. mort.* Quia crimina mortalitate extinguuntur. *l. fin. ff. ad leg. Jul. Majest.* unde nec in hæredes poena Delicti transit *l. ex judiciorum cit. l. si poena 20. & l. crimen 26. ff. de poenis,* cum æquitas postulet, ut delicta suos teneant Authores, nec ulterius progrediatur metus poenæ, quam delictum reperitur *l. sancimus 22. C. eod. Reiffenstuel bic n. 37. Excipitur repetundarum, & Majestatis (non quomodocunque, sed perducione, & hostili animo in Remp. vel Principem) læsæ judicium, item Hæresis, & alia similia crimina; hæc enim Judicia etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicentur *l. ex judiciorum & l. fin. cit. l. Manicheos 4. §. in mortem 4. C. de Hæretic. Quodsi lis cum defuncto contestata, & condemnatio, præsertim ad poenam pecuniariam, secuta fuerit, antequam condemnatus obiit, vel accusatus sibi mortem conscivit, poena bonorum ademptionis adversus hæredes ejusdem transit *l. ex judiciorum cit. Clar. §. fin. q. 51. n. 16. Rosbach. prax. crim. tit. 1. c. 9. n. 2. König bic n. 45.***

5. Accusari nemo regulariter potest, si *lapsus sit tempus, quo Actionibus criminalibus præscribitur;* sicut enim in Actionibus Civilibus, ita & in causis criminalibus certum constitutum est tempus, quo elapso Delictum obliteratur, & nulla amplius accusatio, vel inquisitio admittitur, usque adeo, ut Judex hujus Exceptionis, quamvis à reo non opponatur, vel allegetur, rationem habere debeat, cum ex officio suo pro de-

ten-

fensione Rei laborare teneatur *arg. l. hic titulus 1. §. generaliter 1. ff. de Legat. præstand. l. de pretio 3. ff. de Publ. in rem action. l. si non 19. ff. de Pœnis, l. in criminibus 1. ff. de Question. Auth. qui semel C. quomodo et quando. Jud. cum publice interfit, innocentes defendi l. servum 33. §. publicè 2. ff. de Procurator. Carpov. *Jurispr. for. p. 1. const. 25. defn. 3.* Et hinc si deprehendat Judex, actionem criminalem esse præscriptione sublata, non magis tunc poterit condemnare reum, quam si antea fuisset punitus; quia Satisfactio criminis, & præscriptio pari passu ambulat *l. sed si 17. §. ante judicium 6. ff. de injur. Boët. decis. 26. n. 12. Carpov. l. cit. n. 2. §. 3.* Procceditque hoc, etiam si reus post præscriptionem temporis fateatur Delictum à se commissum, aut aliunde illud fiat notorium; quia per præscriptionem non tantum accusatio, sed ipsum etiam maleficium aboletur. *Farin. prax. crim. q. 19. n. 14. Carp. l. cit. n. 4.* Quomodo autem aboletur Delictum præscriptione temporis, dicitur *infra n. 121.**

78 6. Accusari non possunt *Supremi Principes.* Superiorem in terris non recognoscens, etiam in solis temporalibus. *Hofst. Sum. hic n. 7.* Talis in Spiritualibus est Summus Pontifex, cujus causa à nemine, quam DEO judicatur, nisi causa sit Hæresis *can. ff. Papa 6. dist. 40.* In temporalibus Imperator, qui licet in Civilibus arbitrium Electoris Palatini spontè eligit juxta *Auream Bullam tit. 5. §. 3.* in Criminalibus tamen Judicem, aut Arbitrum non habet. *Vitriar. Inst. Jur. Publ. l. 3. tit. 12. n. 17. Rhetius simili tr. l. 1. tit. 4. n. 64. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 35.*

79 7. Nequeunt accusari *Legati Imperatoris*, iterum *Magistratus populi*, durante eorum officio, nisi circa hoc delinquant, & qui *Reip. causâ absunt*, prout habetur *l. hos accusare 12. ff. b. tit. in his enim executio accusationis differtur usque ad depositionem officij, data interim cautione de Judicio fisti l. si adulterium 38. §. fin. ff. ad Leg. Jul. de Adult. Canif. l. 4. Summ. tit. 19. §. 10. König hic n. 38. Reiffenstuel ibid. n. 39.* Ad didi, *Nisi delinquant circa suum Officium;* nam de Delictis factis in Officio bene conveniri Magistratus possunt. *Rosbach. prax. crim. tit. 1. c. 8. n. 14. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 3. n. 39.* Ratio est, quia tempore Magistratus delinquendo inhonorant ipsam suam dignitatem, & offendunt Supremum Principem, aut Remp. à qua Magistratum acceperunt, modo speciali; digni proinde sunt, qui etiam, durante Magistratu, accusari, & puniri possint, ut hoc modo frenum habeant rite suum officium administrandi. Cautus tamen, & circumspicetus sit Magistratus Superior, ne antè decernat Processum, quam Delicto delato, validis, ac certis indicijs instruat, ne alio-

quin quisque subditorum pravo affectu, vel odio correptus adversus Magistratum suum præsumat insurgere *arg. l. Prætor. 7. §. præterea 2. §. nec patietur ff. de injur. quia regulariter præsumitur pro Magistratu, nisi alia conjectura sit in contrarium. Gaill. l. 1. obs. 17. n. 6. §. 7. König hic n. 38.*

Dub. 1. utrum absentes possint accusari? *§. Proponi quidem accusationem contra absentem posse, ut accusatus citetur à Judice ad comparandum. Quodsi tamen ille legitime citatus non comparuerit, nec realiter citari, seu corporaliter apprehendi possit (quia fortasse profugus est, aut Judex, sub cujus districtu lateret, non præbet alteri Judici auxiliares manus) interest, an crimen tale sit, ut mereatur solum poenam pecuniariam, aut quæ existimationem contingit; an verò tale, ex quo poena corporalis, vel in metallum, aut alia similis relegatione major infligenda venit.*

Si primum, poterit accusatio unà cum Judicio criminali ad finem usque perducì, & poena illa in absentem, si prius admonitus per contumaciam absit, statui, ac procedi usque ad relegationem. *Brunnem. in l. absentem 6. C. de Pœnis n. 3. Vallens. hic §. 3. n. 3. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 37.*

Si secundum, accusatio unà cum Judicio manet suspensa; neque enim, inaudatâ causâ, quoniam damnari æquitate ratio patitur, ut dicitur *l. Divi 1. ff. de requirend. vel absentib. damnand.* Solum ergo annotabuntur ipsius bona, h. e. à Judice obsignantur, sive arretantur, ut si intra annum redierit, & se purgaverit, integram rem suam recipiat. Sin autem labi eundem passus sit, bona ejus omnia annotata in fiscum deferuntur, sequente infamia, poena autem alia non inferitur *l. fin. ff. eod. nisi intra annum decesserit, quo casu expirabit criminis causa, & bona ejus transmittuntur ad successores l. Divi cit. §. fin. Brunnem. l. cit. Engli hic n. 19. König n. 39.* Sed licet hoc ita sit, Spectato Jure tamen, ut *Farin. q. 11. n. 3. §. præmitto 4. & Brunnemann. l. cit. n. 4.* advertunt, quod de annotatione dictum, & quod annus expectari debeat, non ita videtur hodie observari. Et ideo si absens, & contumax, sicque pro confessio habitus compareat ante sententiam, omnia evanescent, & acta præcedentia resolvuntur in vim simplicis citationis, audiriurque accusatus & quoad bona, & quoad personam. Si verò post sententiam ad manus Curie venerit, nec quoad bona, nec quoad personam auditur, sed absque alio processu sententia contra eum lata executioni mandatur. *Farin. l. cit. Videantur dicta Libr. 1. tit. 2. n. 61.*

Dub. 2. an accusari quis possit à pluribus? *§. Interesse, an plures isti velint accusare reum super eodem crimine, an super diverso. Super eodem crimine plu-*

res simul ad accusandum admittuntur tum
solum, quando omnium specialiter interest
accusationem moveri, prout colligitur ex l.
si accusatoribus 4. C. b. tit. & notat ibi Brun-
nem, n. 3. in cæteris casibus, si plures accu-
sent, Judex unum ex illis, qui ætate, mori-
bus, & dignitate, vel alia qualitate reli-
quos præcelluerit, eligit l. si plures 16. ff.
b. tit. Lauterbach ibid. §. 7. Magnif. P.
Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 33. Proce-
ditque hoc, si plures illi simul accusatio-
nem proponant, siue pendente accusatione,
ab uno proposita, alij accusatores superve-
niant; nam generaliter l. hi tamen 11. §. fin.
h. tit. statuitur quòd ab alio delatum alius de-
ferre non possit: cui concordat l. qui de cri-
mine 9. C. eod. Excipitur, quando accusa-
tione pendente prior accusator decessit, vel
ab ea desistit, quia v. g. abolitio privata in-
tervenit, aut pactum, vel transactio, ut-
pote quæ eundem quidem ab accusatione
excludunt l. qui desistit 2. ff. ad S. C. Tur-
pill. non verò alium §. fin. cit. König bic
n. 40.

84. *Contra super diverso crimine*, etsi ex
eodem facto nascatur, nihil obstat, quin de
uno accusatus, de altero ab alio accusetur l.
qui de crimine cit. Sic qui occidit hominem
in Ecclesia, & homicidij, & sacrilegij; qui vi-
tiavit sororem alij nuptiam, tam adulterij,
quam incestus à diversis Accusatoribus reus
agi potest l. nunquam 2. ff. de privat. Delict.
l. si adulterium 38. ff. ad leg. Jul. de adult.
l. siquis 10. C. de Episc. & Cleric. Schneidew.
ad Loff. de Public. Jud. n. 7. König l. cit.

85. Dub. 3. an accusari aliquis possit de
crimine, de quo ille nullà laborat infamiã?
Ratio dubitandi est, quia accusatione, quam
non præcedit infamia, læditur existimatio
delinquentis. Igitur cum Lex Charitatis pro-
hibeat, famam, & existimationem alterius
per criminis occulti manifestationem lædi,
ut licita sit accusatio, præcedere illam infa-
mia debet. *Conf.* quia ad Criminum pu-
nitionem procedendum est secundum noti-
tiam publicam, atqui sic non procederetur,
si nullà præcedente infamiã, inlitteretur ac-
cusatio. Ergo &c.

86. Sed tenenda est affirmativa Sententia,
quam etiam defendunt S. Thom. 2. 2. q. 68.
art. 1. ad 3. Card. de Lug. de J. & J. D. 37.
n. 76. & 77. quos citat, & sequitur P. Wiest-
ner hic n. 40. quia nullo jure requiritur, ut
accusationem præcedat infamia: textus au-
tem, qui ad criminalem Processum exigunt
diffamationem delinquentis, vel alia indicia
criminis huic æquipollentia, intelligi debent
de casu, quo Judex procedit per viam Inqui-
sitionis.

87. *Ad Rationem dubitandi* delinquentis
occulti accusatio adversari Charitati, & Ju-
stitiæ nequit, cum spectet ad Reipl. utilitatem
publicam, utpote cui bonum privatum de-
bet cedere. *Ad Conf.* notitia publica non
R. P. Schmalzgrueber L. V. T. I.

tantum obtinetur per diffamationem, &
indicia huic æquipollentia, sed etiam per de-
positiones testium, quæ os acusator producit,
& per alias allegationes, quibus crimen esse
occultum definit, & incipit fieri publicum,
ut l. cit. observat Doctor Angelicus,

Dub. 4. an reus criminis accusari de
eo possit, nullà præviã admonitione secreta?
Aliqui cum Sylv. V. Accusatio q. 3. putant
necessariò præmittendam admonitionem se-
cretam juxta illud, Si peccaverit in te frater
tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum.
Matth. 18. v. 14. Alij contra cum Gioff.
in c. licet 31. V. inscriptio de Simon. S. Thom.
in 4. dist. 19. q. 2. art. 3. quest. 1. Abul.
in Matib. l. cit. q. 97. ad 6. Wagnere. k in c.
1. V. postquam b. tit. negant eam mōnitionem
necessariò præmittendam.

Concordari Sententiæ istæ ope distin-
89. ctionis possunt, quæ utuntur Sanch. l. 6.
conf. dub. 28. n. 6. Less. l. 2. de Just. c. 30.
n. 10. & trib. seqq. Wiestner hic n. 42. &
43. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4.
n. 27. & 28. Vel enim crimen omnino
occultum, & certa spes est delinquentem
secreta monitione corrigendum, & damnum
eo illatum, vel inferendum tertio, aut Reip.
justa satisfactione compensandum, aut im-
pediendum; vel contra reus jam est diffama-
tus de crimine, aut si diffamatus non est,
prævidetur damnum, inde imminens ter-
tio, vel Reip. non tollendum, vel impe-
diendum.

Si primum monitionem præmitti ac-
90. cusationi Lex Charitatis præcipit, utpote
quæ docemur, ut minimo, quo possemus,
dispensio proximi publica, & privata dama-
na tollamus, & avertamus: quamvis ac-
cusans, ea monitione omiffa, contra Justi-
tiam non delinquat, modò crimen sit pro-
babile in Judicio, ut rectè advertit Less. l.
cit. n. 10. & rationem dat; quia tunc pro-
pter bonum publicum concessa est accusatio,
ut crimina in aliorum exemplum puniantur,
sicque omnes à malo absterreantur: unde
reus non potest queri de injuria sibi il-
lata, quòd antè non fuerit monitus.

Si secundum, nulla opus est monitio
91. ne, sed statim deferri crimen ad Judicem
potest, & casu, quo aliter damnum Reip.
vel etiam privato imminens averti non potest,
debet; quia periculum, quod Reip. vel pri-
vato innocenti imminet, est majoris momen-
ti, quam infamia, & damnum omne, quod
reus ex accusatione incurret. Neque hic,
ut rectè monet Less. n. 13. scrupulosè exa-
minandum est, an fortè reus privata emen-
datione sit emendandus; quia in re tanti
momenti eligendum est id, quod tutius est;
facile enim posset talis privatim monitus si-
mulare emendationem, & poenitentiam, ac
interea occultè exequi, quæ destinaverit.
Itaque in hujusmodi Delictis, quæ in Reip.
vel terrij innocentis detrimentum vergunt,
C nisi

nisi certò constet, privata monitione periculum caveri posse, ea non est adhibenda: secus est in alijs delictis, ex quibus non impendit incommodum, nisi ipsi peccatori.

92 Dub. 5. an accusari de crimine iterum possit, qui de eo per sententiam semel est absolutus? Videtur respondendum affirmative, quòd res, inter alios acta, ijs tantum, inter quos acta est, non etiam alijs præjudicet. *6. quamvis 25. de sent. & re judic. l. si neque 1. & l. res inter 2. C. quib. res judic. non noc.* Quòd verum etiam est in criminalibus, ut patet ex *l. Juris 3. C. eod. ubi Imperatores, Juris manifestissimi est*, inquit, *& in accusationibus his, qui congressi in Judicio non sunt, officere non posse, siquid fortè præjudicij videatur oblatum.*

93 Sed dicendum, postquam reus de aliquo crimine semel est absolutus, eum neque ab eodem, neque ab alijs de eodem crimine regulariter accusari posse. *Clar. §. fin. q. 57. n. 1. Covar. l. 2. var. c. 10. pr. Decian. tr. crim. l. 3. c. 30. n. 1. Farin. prax. crim. q. 1. n. 51. Barbof. in c. 6. b. tit. n. 1. Gonzal. ibid. n. 2. & seqq. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 3. n. 40. Vallens. hic §. 2. n. 2. Canil. ibid. n. 4. Zoef. n. 5. Honor. n. 12. Engl. n. 15. Pirhing n. 24. König n. 41. Wiestner n. 49. Reiffenstueln. 41. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 38. & alij magno numero apud Barbof. l. cit. n. 2. propter claros textus *c. de his 6. b. tit. l. si cui 7. §. iisdem junct. Gloss. V. accusari, l. senatus 14. ff. & l. qui de crimine 9. C. eod.* Ratio est, quia de delicto hominis non debet sæpius quæri *l. licet 6. §. fin. ff. nautæ, caupones &c.* alioquin nulla reo constaret fides, & ratio innocentie suæ. *Zoef. ff. b. tit. n. 20. Conf.* quia accusaturo obstat Exceptio rei judicæ; cum enim, ut pulchrè Donell, *in l. sepe 63. ff. de re judic.* Accusatio, respiciens publicum interesse, omnibus collectivè de populo competat, is, qui criminaliter agit, totum Jus populi in Judicium deduxisse censetur: proinde cum omnes censeantur egisse, superato per Sententiam absolutoriam illo Judicio, omnibus populum, & Remp. constituentibus præjudicabitur.*

94 Dixi, de eodem crimine; nam de alio crimine, etsi ex facto prioris criminis ortum sit, accusari reus denuo potest, ut patet ex *l. qui de crimine cit. & notat ibid. Brunnem. n. 6. Gonzal. in c. 6. b. tit. n. 4. circ. med. Wiestner hic n. 49.* Unde si quis vitia vitæ suam alij nuptam, absolutus de crimine Incestus, adhuc accusari potest de Adulterio; diversa enim crimina non tam numero factorum, quam ratione, & qualitate æstimantur. *Gonzal. l. cit.* Addidi regulariter; nam varij casus sunt, quibus iterata ejusdem criminis Accusatio permiffa est.

95 Et si quidem, si de crimine civiliter tantum, & ad privatum interesse prius est

actum *l. un. C. quand. civil. act. criminal. prejud. Gomez. l. cit. n. 7. Pirhing hic n. 26. limit. 4. Wiestner ibid. n. 50.*

2. Si cum criminaliter ageretur, reus absolutus, vel condemnatus solum est per viam Exceptionis, si hæc proposita sit in Judicio non ad puniendum, sed ad removendum ab accusatione, vel testificatione. *Abb. in c. 6. b. tit. n. 3. Felin. ibid. n. 4. & §. Decian. tr. crim. c. 30. n. 2. fin. Pirh. l. cit. limit. 6. Wiestner n. 50.* Secus esset, si proposita in Judicio fuisset Exceptio ad eum finem, ad quem proponi accusatio solet; tunc enim de crimine per Exceptionem proposita absolutus non posset amplius accusari. *Decian. l. cit.*

3. Si cum per viam Accusationis procederetur, reus absolutus duntaxat fuit ab observatione Judicij *can. prohibentur 14. junct. Gloss. V. absoluteionis caus. 2. q. 1. l. libellorum 3. §. quodji libelli 1. ff. hoc tit. dummodo alius accuset, non autem primus accusator; quia hic ob inimicitiam, quæ finita etiam accusatione, remanere censetur, ab accusando repellitur, saltem de Jure Canonico. Covar. l. 2. var. c. 10. n. 1. Decian. c. 30. cit. n. 27. Gonzal. in c. 6. hoc tit. n. 7. Vallens. hic §. 2. n. 2. Pirhing. n. 25. Wiestner n. 51.*

4. Si à criminis accusatione liberatus est per viam Transactionis, nam eo casu, licet accusationem non possit repetere ille, cum quo transactionem est, potest tamen alius, instituto novo Processu. *Abb. in c. 6. cit. n. 3. Felin. ibid. n. 3. limit. 2. Covar. c. 10. cit. n. 5. limit. 9. Clar. §. fin. q. 57. n. 6. junct. q. 58. n. 4. Pirhing hic n. 26. limit. 5. Wiestner ibid. n. 52.*

5. Si secundus accusator probet, aut 97 saltem indicia afferat accusationis non fideliter institutæ, vel collusionis inter primum accusatorem, & reum, accusatum *l. prevaricationis 3. §. nam si 1. ff. de Prevarication. l. siquis 11. C. hoc tit. Gloss. in c. 6. 7. replicari hoc tit. Felin. ibid. n. 11. Clar. q. 57. n. 5. Covar. n. 1. limit. 2. Decian. n. 22. Vallens. hic §. 2. n. 2. Pirhing n. 25. Engl. n. 15. König n. 41. Wiestner n. 53.* Rationem dat *Clar. l. cit.* quia non debet dolus primi accusatoris obesse secundo accusare volenti, pro quo stat favor publicus, ne crimina maneant impunita.

6. Si accusator secundus suam, aut suorum injuriam prosequatur, & per proprium Juramentum doceat, se accusationem ab alio institutam ignorasse *l. si cui 7. §. iisdem 2. ff. hoc tit. Gloss. fin. in c. 6. cit. Abb. ibid. n. 9. Felin. n. 12. Covar. limit. 3. Decian. n. 23. cum proximè cit.*

7. Si absolutus, aut punitus tantum 98 fuit in foro conscientie interno; quia in hoc accusatio, & punitio tantum tendit ad reconciliationem DEI peccato offensi, non verò ad vindictam publicam, & satisfactionem læ-

Reip. Gloss. *in c. cit.* Abb. *n. 3.* Clar. *n. 30.* Decian. *n. 22.* Barbof. *in c. cit. n. 2.* Pirhing *n. 27.* Wiestner *n. 54.* Idque procedit, etiam si delinquenti publica Poenitentia sit imposta à Sacerdote; quia & hæc imponitur ad satisfactionem præstantam DEO, & ad tollendam scandalum, non verò ad satisfactionem Reip. læzæ. Covar. *n. 3. cum cit.* Et hinc etiam per suspensionem Baptismi non tollitur accusatio criminis ante illum commissi; quia Baptismus tollit quidem peccatum, & poenam peccati, quæ huic infligitur à DEO, non autem tollit poenam, quæ imponitur in foro judiciali humano, cum jus quæsitum Reip. ad satisfactionem pro læsione petendam nequaquam auferat, sicut etiam non auferit jus quæsitum tertio. Pirhing *l. cit. cum cæteris.*

§. Denique, si crimen sit fori mixti, v. g. adulterium, usura, sacrilegium, magia &c. ut patet ex dictis *Libr. 2. Tit. 1. n. 63. §. 64.*

Ad Rationem dubitandi n. 98. allata dico, regulam illam solum procedere in casibus hæcenus allatis.

99. Queritur 7, quæ sint partes Judicis in admitenda accusatione, & Accusatoris in hac proponenda? *Et 1. quidem dubitatur,* an Judex ex officio repellere possit Accusatorem inhabilem, seu non idoneum, etiam si pars contra illum non excipiat? *2. affirmative,* Sumitur ex *c. §. legitimus 1. hoc tit.* ubi statuitur, ut si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. Idque verum est, sive accusatus contra illum excipiat, sive non excipiat; nam textus generaliter loquitur, igitur etiam non excipiente accusato, ex officio Judex repellere Accusatorem illegitimum debet, & ipsum accusatum absolvere ab observatione Judicij. Gonzal. *in c. §. legitimus cit. n. 9.* sicut enim Reip. interest delicta detegi, & in Judicium deduci ad publicam vindictam, ita etiam illi expedit, ne ab omnibus proposita accusatione fatigetur accusatus; alioquin eveniet sæpe sæpius, ut innocentes privato odio per iniquas accusationes fatigentur, nocentes contra Adversarii prævaricatione, vel tergiversatione evadant poenam.

100. Quod saltem verum est, quando accusator est omnino, & prorsus inhabilis, puta Judæus, infamis, & similes, qui repelluntur odio ipsius personæ; nam cæteros, qui non sunt omnino inhabiles, sed expresso, vel tacito partium consensu habitari possunt, parte non opponente, Judex ex officio ab accusationis munere non repellit, quippe qui hoc ipso, quod pars contra eos non opposuerit, habilitati censentur. Item notandum est, an ab accusatore inhabili accusatus, fuerit infamatus; tunc enim, licet Judex repellere talem accusatorem possit ex officio, absolvere tamen accusatum non statim debet, sed prius indicare eidem Pur-

R. P. Schmalzgraber *L. V. T. I.*

gationem Canonicam con. *Probyter 13. cas. 2. q. 5.*

Ex quo sequitur, quod ante omnium querendum sit de legitimitate, sive habilitate personarum, quæ litigare volunt in Judicio, *arg. l. §. quæritur 4. §. qui testem facer. poss.* Abb. *in c. 1. hoc tit. n. 1.* Pirhing *hic n. 13.* Et cum Exceptio hæc, quod accusator non sit legitimus, Dilatoria sit, ideo ante litem contestatam proponenda est, nec potest postea opponi, nisi reus ignoraverit hanc Exceptionem sibi competere. Abb. *in c. cit. n. 2.* Pirhing *l. cit. §. 2.* Judici tamen per hoc, quod Exceptio ista non sit opposita legitimo tempore, non præjudicatur; quia accusatus solum proprio, non Reip. quæsitio Juri renuntiare potest. Et hinc licet privatus ob culpam, vel defectum suum non admittatur ad repellendum accusatorem suum, potest tamen Judex ratione Reip. illum repellere; quia illegitimus accusator non tantum ob commoquum accusati, sed etiam ob dignitatem Judicis, & comodum Reip. repelli debet. Pirhing *hic n. 16.*

Hodie tamen, quia per consuetudinem in plerisque locis abrogata est, vel cessavit proprie dicta Accusatio, non magni refert, qui accusare possint, vel non possint; nam Judices Denuntiationem, & Querelam, à quocunque porrigatur, accipiunt, utpote qui ex Officio suo possunt per Inquisitionem procedere ad Querelam à quocunque porrectam. *Wagnereck ad Rubr. b. tit. not. 4. Excipitur,* ubi peculiari Statuto cautum est, ut Judex extra certos casus non possit procedere, nisi ad partis Querelam: de quo dictum est *suprà n. 97.*

Dub. 2, an quis ad accusandum obligetur? Negant aliqui ea inducti ratione, quod damnum, ex quocunque crimine imminens Reip. tolli, aut impediri valeat opo Denuntiationis.

Sed melius adhibetur distinctio: Vel enim is, qui dubitat, an obligetur ad accusandum, potest crimen illud probare, vel non potest. *Si hoc secundum,* ad accusandum non obligatur, imò non potest accusare, ut rectè observat Sanch. *l. 6. Conf. dub. 28. n. 1.* Ratio est, quia accusando injustè læderet famam Rei, & sequeretur poenæ calumniatorum, quin Reip. consuleretur.

Si primum, videndum, an Reip. per se crimen læzæ sola delinquentis Denuntiatione consuli valeat, an verò contra, si prius, accusatio committi potest *arg. l. un. C. us nem. in vit. ager. vel accus. cogat. Gloss. in can. quapropter 46. V. deferre 2. q. 7. Angel. V. accusatio n. 2.* Wiestner *hic n. 41.* König *ibid. n. 5.* Pirhing *n. 18.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de Delict. c. 4. n. 29.* Dixi, accusationem hoc casu omitti posse; non enim omitti necessario debet, sed in arbitrio, volentis crimen deferre ad Judicem, est, an hoc casus velit delinquentem accusare, vel solum denuntiare.

C 2

denuntiare

muntiare. Cæterum, ut bene notat P. Schmier *l. cit. n. 30.* vix aliquis Authorum est, qui hoc casu suadeat accusationem; tum quia propter obligationem plenissimæ probationis est plena periculi; tum quia plerumque facit, aut excitat desiderium vindictæ, quod hominibus Christianis oppidò probrosum est; tum denique quia inter familias accusantis, & accusati perpetuum odium generat.

105 *Si posterius*, ad accusandum obligatur, ut cum S. Thom. *2. 2. q. 68. art. 1. in Corp. Sylv. V. Accusatio q. 2.* Laym. *l. 3. tr. 6. c. 3. n. 6.* Pirhing, Wiestner, Schmier *l. cit.* docent ex ratione, quòd Lex Charitatis quemvis obliget ad consulendum communi bono, quandocunque licet, & sine gravi incommodo potest: imò si damnum commune tantum sit, ut etiam proprio præferri debeat, obligatio accusandi urget etiam cum proprio accusantis damno.

106 Dub. 3. an desistere liceat ab accusatione jam inchoata? *Certum est* non licere casu, quo accusandi obligatio datur. Quando accusator non tenetur ad accusandum, distinguendum est, an accusationis Libellus jam sit oblatu Judici, an verò non. *Si hoc secundum*, accusatio liberè potest deferri, prout factum est in casu *c. licet 14. b. tit.* ubi Canonici Bisuntini à sui Archiepiscopi accusatione sine poena recesserunt. Desistenti tamen imponitur silentium perpetuum, ne deinceps eundem de eodem crimine accuset, aut infamet *c. licet cit. & ibi Vivian. §. sed ei Gonzal. n. 3.* Wagnereck *not. 1.* Vallens. *hic §. 2. n. 8. König n. 60. Reiffenstuel n. 51.*

107 *Si primum*, videndum est, ex qua causa velit ab Accusatione desistere; nam si ideo velit desistere, quòd adverterat se errasse, & quem accusavit, innocentem esse, non solum potest, sed etiam debet ab accusatione inchoata desistere: & idem est, quando advertit, crimen à se probari non posse. Sylv. *V. accusatio n. 6.* Less. *l. 2. de Just. c. 30. n. 14.* Passerin. *Trib. Regul. q. 7. art. 2. n. 11. §. 12.* Vallens. *n. 8. cit.* Pirhing *n. 20.* König *n. 60.* Reiffenstuel *n. 52.* Wiestner *n. 47.* Ut tamen calumniatorum poenam effugiat, probare debet, se probabili errore ductum ad accusandum accessisse, aut probationis copiam per mortem, absentiam, malitiam testium, aut Rei sibi subductam. Abb. *in c. fin. de calumn. n. 5.*

108 *Si nullum probabilem errorem*, vel impedimentum sibi occurrens allegare possit, deferri amplius accusatio cepta nequit *l. questum 5. ff. ad S. C. Turpill. & arg. à sensu contrario ex can. fin. ibi*, *Si quem penituerit accusasse criminaliter, & inscriptionem fecisse*, junct. Gloss. *V. penituerit caus. 2. q. 5.* Abb. *in c. 14. b. tit. n. 6.* Gonzal. *ibid. n. 4. fin.* Vallens. *hic §. 2. n. 8.* Pirh. *n. 19.* Wiestner *n. 45.* Reiffenstuel *n. 50.*

Quoad poenam, quæ desistens ab Accusatione plebitur, distinguendum est, an crimen, à cuius accusatione desistit, sit privatum duntaxat, an verò publicum. *Si privatum*, ab ejus accusatione sine Rei, vel Judicis consensu desistens punitur solum poena extraordinariâ, arbitrio Judicis infligenda *l. si quis 7. §. si stellionatum 1. ff. ad S. C. Turpill. Sylv. V. Accusatio n. 8.* Less. *c. 30. cit. n. 30.* Pirhing *n. 19.* Wiestner *n. 46.* & cæteri Passim. *Si verò publicum sit*, præterquam, quòd ab ejusmodi accusatione, si eam prosequi velit, repellatur *l. qui desistit 2. ff. & l. quomvis 3. C. ad S. C. Turpill.* incurrit alias poenas ejusdem Senatoris. consulti, scilicet poenam quinque Librarum auri fisco applicandam *l. prævaricationis 3. ff. de Prævaricat. & infamiam l. si pro eo 2. C. ad S. C. cit.* atque insuper in expensis, & damnis punitur *l. qui crimen 3. C. de his, qui accus. non poss.*

Quæritur 6. quis sit Effectus Accusationis? *Effectus Accusationis* varij sunt; nam aliqui concernunt Judicem, alij Accusatorem, alij Accusatum.

Ex parte Judicis Effectus Accusationis est, quòd eâ positâ, possit accusatum citare, ut personaliter compareat *c. Juris 1. b. tit. in 6.* idque non verbaliter tantum, sed etiam realiter, & per Apparitores, modò delictum sit atrox, & poenam corporalem post se trahat, & Judici antea constet per certa, & sufficientia quædam indicia, ac conjecturas, vel alias probationes, quòd accusatus hujusmodi Delicti reus sit; aliàs namque capi, & incarcerari nequit; etiamsi Accusator se offerat ad subeundum & ipse carcerem, donec maleficcium legitime probet *l. Divus ff. & l. fin. C. de custod. reor.* Consonat *Ordin. crim. Carol. V. art. 6. §. 11.* Imò si Judex temere aliquem incarceret, vel innocentem diutius detineat, incidit in Syndicatum. Carpzov. *prax. crim. p. 3. q. 111. n. 70.* & quia capto gravem ignominiam, ac irreparabile damnum infert, eidem adversus Judicem actio injuriarum conceditur *l. nec Magistratibus 32. ff. de Injur. Farin. prax. crim. q. 27. n. 135.* Fleck. *Biblioth. Jur. Civil. l. 6. tit. 5. n. 16.* König *hic n. 57.*

Porro capturam decernere in Malefactores solus ille Judex potest, qui delicti cognitionem habet; privatis enim carcerem habere, vel aliquem delicti, aut debiti causâ capere, vel alio modo detinere non licet *l. un. c. de privat. carcer.* Executio ejus fit per lictores, satellites, milites, aut publicos ministros, quibus omnino credere, ac parere oportet, licet de mandato Judicis nihil doceatur, modò se expressam commisionem habere asserant, & tales sint, quibus ejusmodi citatio, vel captura demandari solet. Idem non debent captivum percutere, vel aliâ injuria afficere, nisi captivus moram, aut resistantiam fecerit: multò minus possunt

sunt eundem in vita, & membris laedere, nisi sit profugus; tunc enim impune illum possunt trajicere, modò ita fugi t, ut postea vix amplius capi possit, quod contra graviores maleficos, non verò civiles reos procedit. Damhoud. *prax. crim. c. 84. n. 35.* Fleck. *l. cit. n. 7.*

¹¹² In levioribus Delictis, quæ tantum pecuniariam, aut levem corporalem poenam merentur, præstita cautione, captivus carceris relaxationem impetrare potest *l. de custodia 1. ff. de custod. & exhib. reor. quod adeo verum est, ut Judex absque justa causa idoneam cautionem refusans, ei de injuria, & Syndicatu teneatur. Menoch. l. 2. cas. 303, n. 3. Reusner l. 8. cons. 1. n. 24. Fleck. l. cit. n. 12.* Secus in Delictis gravioribus; nam in his non admittitur Fidejussor, quòd hujus cautione Judicium non fiat securum, cum Fidejussor se ad capitalem, aut gravem corporalem poenam nequeat obligare. Menoch. *l. cit. n. 16.* Fleck. *n. 13.*

¹¹³ Quodsi reus capi non possit, nec aliter comparare velit, ei petenti à Judice, merum imperium exercente, conceditur *Salvus Conductus*, seu cautio, quâ Judex eidem permittit securitatem veniendi, & sine metu carceris in Judicio comparandi. *Ordin. crim. art. 76. & 156.* qui tamen *Salvus Conductus*, nisi Judex expressè non tantum securitatem veniendi, sed etiam redeundi promiserit, expirat, quando Delictum vel propria Rei confessione, vel aliunde liquido probatum est; quia *Salvus Conductus* tantummodo contra squalorem, & horrorem carceris ad causam in Judicio liberè dicendam, non autem contra Juris, & Justitiæ executionem deservit. Carpoz. *prax. crim. p. 3. q. 112. n. 83.* Besold. *D. de Regal. c. 7. n. 5.* Haun. *tom. 6. de l. & I. tr. 3. c. 5. contr. 6. per tot.* Fleck. *l. cit. tit. 7. n. 4.*

¹¹⁴ *Ex parte Accusatoris Effectus Accusationis* sunt tres. 1. quod subscriptione in crimen, facta conijciatur in similem custodiam, ibidemque detineatur, donec finiatur Judicium, ut si fortè in probatione deficiat, poenæ talionis subijci possit *l. nullus 2. C. de exhib. & transmitt. reis, & l. fin. C. b. tit.* Verùm hæc similitudo custodiæ eadem ratione, quâ subscriptio ad poenam talionis à foro recessit, & accusator tamdiu solum in carcere detinetur, usque dum cautionem præstiterit de expensis, & injuria in casum succumbentiæ præstandis *Ordin. crim. art. 12.* unde custodia accusatoris tunc demum locum habet, quando ille hujusmodi cautionem præstare nequit. Fleck. *tit. 1. n. 8.*

¹¹⁵ 2. Quòd Accusator crimen, cuius accusationem adornat, teneatur probare *can. sciant 2. caus. 2. q. 2.* in qua probatione si defecerit, & cons. temere litigasse convictus fuerit, tenebitur ad rescindendas li-

tis à se intentatæ expensas. *Ordin. Crim. art. 12. & 13.* Jure Canonico *c. accusati, 8. b. tit.* si quis aliquem accusaverit per calumniam, & sine culpa accusati, præter poenam talionis, vel aliam extraordinariam decretum est, ut per 40. dies in pane, & aqua, quæ *Carena* vocatur, vel *Quadragesima*, cum septem sequentibus annis poenitentiam agat: si verò per talem delationem, sive accusationem aliquis debilitatus, i. e. mutilatus est membro, per tres Quadragesimas poenitere debet, ubi, ut rectè notat Pirhing *hic n. 40. not. 2. fin.* quando imponitur jejunium certorum annorum in pane, & aqua, non intelligitur, quòd poenitens quotidie jejuna- re debeat, sed per tres ferias Canonicas in qualibet hebdomade, sc. feria II, IV. & VI.

3. Quòd post Litis Contestationem, ¹¹⁶ aut etiam postquam oblato Libello, inscriptio facta est, Accusationem prosequi teneatur, nec desiltere ab illa possit, antequam absolutionem, seu veniam Magistratus impetraverit, nisi velit notari infamâ, vel etiam poenam arbitrariam sustinere, ut dictum est *suprà n. 107. & 109.* nam publicè interest, Accusationem non intermitteri, ut si vera sit, delictum puniatur; si falsa, ut puniatur calumniator, & sic absterreatur, ne impofterum ita licenter in innocentiam cujusque grassetur. Vallens, *hic §. 2. n. 2.* König *ibid. n. 60.*

Ex parte accusati alius Effectus est, ¹¹⁷ dum pendet Accusatio, alius, postquam finita est. Dum pendet Accusatio, vel Denuntiatio, etsi non infamet, gravat tamen opinionem accusati, vel denunciati, ut interim ad novas Dignitates sive Ecclesiasticas, sive Sæculares promoveri nequeat *c. omnipotens 4. b. tit. l. reus 7. ff. de muner. l. un. C. de reis postuland.* Estque hoc ita verum, ut promotio sic accusati, denunciati, vel inquisiti non teneat, etiamsi postea per sententiam pronuntietur innocens, sed nova requiratur promotio *l. qui status 2. ff. de re militar.* Ratio est, quia declaratio innocentie debet præcedere promotionem, nec sufficit eam subsequi; in his enim principium spectandum est, seu an quis habilis sit tempore Electionis, seu promotionis *arg. c. dudum 14. de Elect. & c. si eo tempore 45. eod. in 6.* unde cum principium fuerit vitiosum, declaratio innocentie subsequens non retrotrahitur ad tempus promotionis. Fagnan. *in c. 4. cit. n. 24.* *Excipitur*, nisi appareat, accusatorem per calumniam accusasse, vel denunciasse seu eo animo, ut promotionem impediatur *l. qui de libertate 29. ff. de liberal. causi. Felin. in c. 4. cit. n. 3.* Joan. Andr. *ibid. n. 3.* Gonzal. *n. 9.* Hinc ne fraudulenter obijciatur crimen, ut promovendi impediatur commoditas, debet præfigi terminus accusatori, intra quem prober: quo elapso, & nihil probato, poterit Superior ferre Sententiam interlocu-

locutoriam super Innocentia delati, & postea ipsum promovere. Vivian. in c. 4. cit. su.

218 Dixi autem, non posse accusatum, pendente accusatione, promoveri ad Dignitates; nam obtentis uti non prohibetur, ut notat Gloss. in can. nonne caus. 2. q. 4. Covar. l. 2. var. c. 2. n. 4. Menchaca Illustr. contr. c. 84. n. 26. Gonzal. in c. 4. cit. n. 11. quia in amittendis honoribus, & dignitatibus antea obtentis, & illarum usu viget diversa ratio; & longè majus vertitur præjudicium, quàm in his, quæ de novo conferuntur, consequendis. Unde meritò plus requiritur, ut dignitates antea obtentæ amittantur, quàm ut noviter obtinendæ impediatur, cum in illis de damno, & poena, in his verò de lucro agatur arg. l. su. c. de Codicill. junctâ l. Titio 70. §. Titio 1. ff. de condit. & demonst.

219 Imò ut Accusatio etiam quoad honores, & dignitates consequendas effectum hunc fortior, plura concurrere requisita debent. 1. debet esse Dignitas, cujus consecutio per Legem humanam annullari potest; nam si nequeat annullari, uti est promotio ad SS. Ordines, in hac effectum suum non exerit, sed collati etiam accusatio valent, licet exercitium illorum lege humana impediri possit. Gonzal. in c. 4. b. tit. n. 9. su. 2. ut Accusatio teneat; & facta sit à legitimo accusatore e. meminimus 13. b. tit. Felin. in c. 4. cit. n. 2. limit. 2. Pirhing. n. 43. limit. 1. nam si nulla sit accusatio e. g. ob defectum Jurisdictionis, processum vitiosum &c. etiam condemnato super crimine aliàs famoso non irrogatur infamia, ut est casus eam. imprius 7. §. quia ergo caus. 2. q. 1. 3. Ut crimen, de quo aliquis accusatur, vel denuntietur, sit grave, ut colligitur ex c. omnipotens est. ibi, De quo tanta, & talia nuntiatur, i. e. gravia, ut exponit ibidem Joan. Andr. n. 1. 7. talia. Secus ergo est, si crimina sint minora, & levia; hæc enim promotionem ad Dignitates, etsi probata sint, non impediunt. Fagn. l. cit. n. 17. Gonzal. n. 10. Pirhing limit. 2. Reiffenst. n. 133. 4. Ut accusatus sit persona singularis; nam si accusetur, vel denuntietur Collegium, qui de Collegio sunt, pendente lite non impediuntur promoveri ad honores, nisi cujus persona in accusatione, vel denuntiatione specialiter, & nominatim expressa est. Felin. n. 16. limit. 4. Pirhing limit. 3. 5. Ut accusatio de crimine fiat criminaliter ad poenam, seu vindictam publicam; nam si civiliter solum ad interesse proprium prosequendum, non impedit promotionem accusati ad Dignitates; quia infamiam non irrogat e. tue 5. de Procur. c. super his 16. su. b. tit. Fagn. n. 15. Pirhing limit. 4. Reiffenstuel n. 136. 6. Ut non appareat ex conjecturis, reum calumniosè, & eo animo delatum esse, ut à novis honoribus arceatur. Fagn. n. 17. Gonzal. n. 10. Barbof. n. 3. Pirhing n. 52. & dictum est supra n. 117. 7. Ut non-

dum lapsus sit annus à die proposite accusationis; nam eo elapso, si adhuc lis per sententiam definita non sit, potest reus novos consequi honores, nisi per eum steterit, quò minus intra annum finiatur causa l. reus 7. ff. de muner. quod procedit Jure antiquo; nam hodie accusatio non terminatur anno, sed biennio: unde hoc novo Jure expectandum erit biennium; imò quia hodie nec biennium observatur, ex consuetudine hodierna limitatio ista modò locum non habet. Gonzal. n. 10. cit.

Plura Accusatione, & crimine legitime probato, sequitur condemnatio Rei ad poenam ordinariam, & certam, siqua Jure statuta est, vel aliam condignam arbitriam, & extraordinariam c. §. consistit 12. b. tit. Host. Summ. b. tit. n. 12. Zoccl. n. 5. Pirhing n. 37. Schambog. n. 15. De hac condemnatione Ord. crim. art. 92. §. seqq. Judici, & Assessoribus præscribitur, ut post causam plene discussam, & factam ab utraque parte conclusionem, integra Acta Judicialia in medium proferant, singula diligentissimè examinent, ac ponderent, & sententiam summa cum accuracione, & providentiâ, prædictæ Ordinationi pro facti cujusque ratione maxime conformem meditentur, eamque scriptis comprehensam, & denuo requisitis, atque collectis singulorum Assessorum suffragijs comprobata, Judex per juratum Actuarium publicari, & alta voce in præsentia partium prælegi jubeant; in quo Constitutio hæc Carolina discrepat à Jure communi, ex cujus præscripto Judex ipse sententiam recitare tenetur, exceptis personis Illustribus l. hæc lege 2. & l. seq. C. de sentent. ex parte. recit. Novell. 71. c. 1. König bic n. 62.

Queritur 7. quibus modis tollatur, & extinguatur Actio criminalis? n. Extinguitur quatuor maxime modis.

1. Prescriptione, si scilicet à die commissi criminis lapsus sit tempus, à Jure pro extinctione Actionis criminalis præscriptum: & hoc quoad crimen Peculatus juxta l. peculatus 7. ff. ad Leg. Jul. Peculat. & quoad Delicta carnis juxta l. mariti 29. §. sex mensum 5. §. seq. ff. & l. adulter. 5. junct. l. reos 2. c. ad Leg. Jul. de Adulter. est quinquennale; quoad alia verò delicta, ut etiam quoad crimen raptus, & adulterij cum incestu perpetrati vicennale l. vim passam 39. §. prescriptione 5. ff. ad Leg. Jul. de Adul. l. querela 12. c. ad Leg. Coruel. de fals. l. anni 2. & l. seq. ff. de requir. reis. procedit autem hoc solum quando crimen patrum transit, & cessat; nam in illis, quæ successiva sunt, & permanentia, ut est Matrimonium initum contra Canones, Hæresis, Apostasia, & similia, in quibus delinquens perseverat, & delictum continuat, nulla præscriptio locum habet, nisi à tempore cessantis delicti. Pirhing bic n. 46. Imò etiam in

in Delictis transeuntibus, ut notat Fleck. *Biblioth. Jur. Civil. l. 6. tit. 1. n. 18.* quoad vindictam publicam præscriptio hodie non amplius videtur attendi.

2. *Transazione*; quia nemo invitus crimen accusare, vel manifestare tenetur, nisi sit crimen læsæ Majestatis, vel aliud in futurum noxium secundum dicta *n. 103.* & *duob. seqq.* Porro de Jure Civili duntaxat transigi potest de criminibus, pœnam ultimi supplicij irrogantibus *l. transigere 18. C. de Transact. Bachov. D. 7. th. 5. lit. B. Fleck. tit. 1. cit. n. 19.* Hodie tamen etiam de Adulterio. Heig. *q. 29. n. 79.* Carpov. *prax. crim. q. 55. n. 14.* & de criminibus, ultimum supplicium non inferentibus tam ante, quàm post institutam accusationem gratis, vel etiam remuneratione interveniente transigere permissum est, ut notat Fleck. *n. cit. ita, ut nec reus pro confesso, aut convicto habeatur (quia delicta debent evidenter probari) nec accusator in pœnam præventionis, vel S. C. Turpilianii incidat: de quo vide dicta Libr. 1. Tit. 36. n. 9.* Per ejusmodi tamen Transactionem soli accusatori quoad interesse suum privatum, non autem sicut quoad publicam vindictam, & continuationem Processus præjudicari censetur, maxime cum hodie, accusatore quocunque modo deficiente, Magistratus contra reum inquisitoriè procedat. Carpov. *l. cit. q. 104. n. 50. Fleck. n. 20.*

3. *Morte accusatoris ante latam Sententiam*; nam isto mortuo nomen Rei aboletur, postulante reo *l. libellorum 3. §. fin. ff. h. tit.* quod tamen intellige solum quoad eandem instantiam; nam, ut *l. cit.* dicitur, alij ex integro repetere reum licet, si hoc faciat intra triginta dies utiles. Multo minus mors Accusatoris præjudicat Judici; nam hic ex officio potest accusationem proseguere, & processum ad finem perducere *l. accusatore 13. pr. ff. de Publ. Judic. Clar. S. fin. q. 51. n. 9. §. 11. Pirhing bic n. 46. V. 2. extinguitur.*

4. *Morte Rei delinquentis*: nam pœna ab hæredibus exigere nequit *l. defuncto 6. ff. de Publ. Judic. conf. etiam ipsa Accusatio cessat,*

quippe quæ mortuo accusato in hæredes ejus non transit *l. similes 1. §. seqq. C. si reus, vel accusator &c.* Quod tamen intelligendum de pœna corporis afflictiva; nam quantum attinet ad pœnam pecuniariam, bonorum confiscationem, & realis damni vindictam rectè distinguit Fleck. *l. cit. n. 23.* inter Jus Civile, & Canonicum. Jure Civili post contestationem litis tam ex publicis, quàm ex privatis Delictis Processus continuatur etiam contra hæredes delinquentis *l. un. C. ex delict. defuncti, l. omnes 26. l. confiscationibus 33. & l. sciendum 58. ff. de O. & A.* Jure Canonico hæredes delinquentis, etiam si cum defuncto lis nondum sit instituta, ad reparationem realis damni pro viribus hæreditarijs directè conveniri possunt *l. fin. de Sepult. c. ex presentium 3. fin. de Pignor. c. tua nos 9. de Usur. Covar. l. 3. var. c. 3. n. 7. Farin. prax. crim. q. 10. n. 60.* Quod Jus hodiernis moribus observari testatur Fleck. *n. 23. cit. & meritò*; quia obligatio defuncti, quæ ex suis bonis læso satisfacere debeat, non fuit extincta, sed ipsa bona affecta, & ad hæredes transisse censetur.

Sed hoc intelligendum de illa pœna¹²⁵ pecuniaria, quæ vindicatur reale damnum illatum alteri; nam si nullum reale damnum per Delictum illatum alicui à delincente est, sed pœna pecuniaria solum imponitur ad vindictam delicti, alia adhibenda distinctio est, & videndum, an reus mortuus sit ante sententiam condemnatoriam contra eum latam, an post illam. Si ante, accusatio criminalis non transit in hæredes illius, etiam si lis cum defuncto sit contestata *l. ex judiciorum 20. ff. h. tit.* Si post sententiam condemnatoriam, tunc quælibet pœna pecuniaria in hæredes delinquentis transit, Farin. *q. 10. cit. n. 45. Pirhing bic n. 46.* Excipiuntur quædam crimina, in quibus etiam post mortem rei delinquentis procedi potest contra hæredes delinquentis, quamvis lis contestata non fuerit, ut bona eorum sicut vindicentur *l. ex judiciorum cit.* & tale est crimen læsæ Majestatis, Hæresis &c. Clar. *q. 51. cit. n. 13. Farin. n. 20.*

De Denuntiationibus.

S U M M A R I U M.

126. Definitio Denuntiationis, & Species triplex.
127. In quibus Delictis Evangelica locum habeat?
128. Quis ita denuntiare possit?
129. An etiam ille, qui juravit se nolle denuntiare?
130. Modus in hac Denuntiatione adhibendus.
131. &c. An iste ex præcepto sit observandus?
138. &c. An ordini in hac observando renuntiare possit?
143. &c. An Superiori denuntiare possit delictum Religiosi jam emendati?
148. &c. Quomodo in praxi gerere se Superior debeat, post factam sibi Denuntiationem Evangelicam?
150. Quis sit Effectus hujus Denuntiationis, & usus?
151. Definitio Denuntiationis Judicialis.
152. Divisio in Generalem, & Specialem?
153. &c. Differentia ejus à Denuntiatione Evangelica.
157. &c. Quenam crimina judicialiter denuntiare possint?
160. &c. An socius criminis admitti possit ad denuntiandum Socium?
163. Quando Denuntiationi Judiciali sit locus in foro Canonico?
164. Denuntiationis Canonicae definitio, & divisio.
165. Quis ad eam faciendam admittatur?
166. Eius effectus.
167. Definitio Denuntiationis Civilis, & divisio.
168. In privatam,
169. Et publicam.
170. Forma hujus Denuntiationis,
171. Et Effectus.

QUæritur 1. quid sit Denuntiatio in genere, & quæ ejus Species? *Com-*muniter describi solet, quod sit Delatio, sive manifestatio criminis Superiori facta sine solennitate. Ita Hofl. *Summ. b. tit. Rubr. de Denunt. n. 1.* Sylv. *V. Denuntiatio n. 1.* Honor. *hic n. 57.* Pirhing *n. 86.* König *n. 95.* Reiffenstuel *n. 58.* & quoad sensum communiter DD. alij.

Species ejus communiter referuntur tres, Evangelica, Canonica, & Judicialis. Abb. *in c. novit 13. de Judic. n. 33.* Durand. *Spec. tit. de Denunt. §. 2. n. 8.* Marant. *de Ord. Jud. p. 6. tit. de Denunt. n. 1.* Laym. *l. 3. tr. 3. p. 2. c. 4. n. 1.* Wagnereck *in c. 14. V. quando not. 1. b. tit. Vallens. hic §. 5. n. 1.* Pirhing *n. 86.* König *n. 96.* Wiestner *n. 56.*

Rectius fortasse alij secundum TT. bifariam illam dividunt in Evangelicam, & Judicialem; Judicialem verò in Canonicam, & Civilem; nam & Canonica Judicialis est.

QUæritur 2. quid sit Denuntiatio Evangelica? *Denuntiatio Evangelica* sic dicta, quod à Christo tradita sit in Evangelio *Matth. 18. v. 15.* est alicujus criminis Rei ad Superiorem delatio, non ut ille, inflicta pœnâ, publicè plectatur, sed ut ad poenitentiam perducatur, & correctus respiscat. Locum habet Denuntiatio hæc in quovis peccato occulto, modò non sit omnino occultum, sed quod possit probari, saltem per duos testes; quia omnino occulta soli DEO servantur *can. si omnia 7. junctâ Gloss. V. eod. caus. 6. q. 1.* Abb. *in c. 13. de Judic. n. 41.* Pirhing *hic n. 86.*

Denuntiare sic possunt omnes, dum modo in peccato, saltem graviore, & scandaloso ipsi non perseverent; nam si hujusmodi crimine Denuntians ipse obstructus sit, denuntiatum illum criminis exceptione potest repellere, etiamsi ille injuriam suam persequatur. *Gloss. in can. si peccaverit 19. v. eod. caus. 2. q. 1.* Abb. *in c. 13. de Judic. n. 39.* Honor. *hic n. 60.* Pirhing *n. 86.* König *n. 99.* Wiestner *n. 58.* Reiffenstuel *n. 77.* & colligitur ex *c. cum dilectus 20. b. tit. Ratio est, quia præterquam quòd is, qui propria non corrigit, indignus sit, ut corrigit, & audiatur, præsumitur non bono zelo denuntiare peccata aliena, cum ipse in se illa non corrigit.*

Potest autem ita denuntiare etiam ille, qui juravit se nolle denuntiare; quia tale Juramentum est perniciosum, ac illicitum, quemadmodum *25. §. ult. de Jurejur.* Imo ex opinione Abb. *l. cit. n. 35.* & *36.* quem cum alijs sequuntur Pirhing *l. cit.* & Reiffenstuel *n. 79.* quilibet ex præcepto Charitatis fraternæ ad hanc Denuntiationem obstringitur, eò quòd verba Evangelica apud *Mattheum* sint imperativi modi. Quæ opinio maxime procedit in ijs, ad quos correctio spectat ratione curæ, vel officij, ut sunt Prælati, Curati, Paterfam, Maritus, Rector Provinciæ *can. duo ista 35. caus. 23. q. 4.* & ibi *Gloss. V. Episcopo,* Joan. Andr. *in c. 13. de Judic. n. 6.* König *n. 99.* Quoad cæteros obligationem istam non pauci negant, & putant correctionem hanc solum esse de consilio, sicut alia pia opera.

130 Modus in hac Denuntiatione adhibendus præscribitur apud *Matth. 18. v. 15. & duob. seqq.* nam 1. corripendus delinquentis est privatim absque arbitris, idque non tantum semel, sed iterum, ac tertio; deinde coram uno, vel duobus testibus; & denique si secretis his admonitionibus insuper habitis, non respiciat, tum demum ad Ecclesiam, sive Superiorem, tanquam Patrem corrigendus deferri debet, *Palao tr. 6. D. 3. p. 8. n. 1. & 2.*

131 Dub. 1. an relatus fraternali correctionis modus sit præceptus? *Gloss. in can. si peccaverit 19. v. eod. caus. 2. q. 1.* putat tantum esse de consilio, saltem respectu Laicorum, quod præceptum de eo observando videatur esse nimis durum: *Salmeron. tom. 4. in Evang. p. 3. tr. 11.* Existimat præceptum quidem esse, sed præceptum hoc non esse extendendum, nisi ad ea peccata, quæ iniuriosa, & damnosa sunt corripienti, propter verba, *si peccaverit in te. Matth. v. 15. cit.*

132 Sed dicendum, ordinem hunc in quibuscunque proximi peccatis regulariter non tantum Divino, sed etiam naturali Jure præceptum, & observandum esse. Ita *S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. Suar. tom. 4. de Relig. l. 10. c. 7. a. n. 10. Cornel. à Lapid. in Matth. v. 15. cit. S. 3. Conink D. 28. dub. 2. n. 132. Palao tr. 6. D. 3. p. 8. n. 4. Wiestner hic n. 60. Reiffenstuel ibid. n. 62. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 138.* Et quidem, quod ordo iste observandus sit Jure Divino, expressè decusum est *c. novit. 13. v. & Rex de Judic. c. licet Heli 31. v. cum igitur de Simon. & c. cum ex injuncto 12. v. nec quisquam de Heret. ubi Alexander III. & Innocentius III. ejusmodi correctionem fraternali Mandatum Divinum, & Evangelicam Regulam appellant.*

Quod verò idem ordo etiam sit præcepti naturalis, probat evidens ratio; nam Lex Charitatis omnibus insita exigit, ut proximus peccans corrigendo in salutis semitam reducat, quam minime id fieri potest, ejusdem damno, & præjudicio sanæ illius, honorisque. Id autem fit, quando ordo relatus observatur. Ergo &c.

133 Dixi autem Regulariter; nam varij casus sunt, quibus delinquentis, dicto ordine non observato, statim denuntiari potest, & saepe debet Superiori.

Et 1. quidem, quando Delictum jam est notorium; tunc enim, cum jus sanæ uirum cum possessione jam supponatur amissum, statim ad Superiorem, & Judicem deferri potest, juxta præceptum Apostoli 1. *Timoth. 2. ibi, Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri metum habeant;* quia ut *can. si peccaverit 19. caus. 2. q. 1.* loquitur Augustinus, *corripienda sunt coram omnibus, que peccantur coram omnibus.* *S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. pr. Laym. l. 3. tr. 3. p. 2. c. 4. n. 3. concl. 1. Palao tr. 6. D. R. P. Schwalzgrueber L. V. T. 6.*

3. p. 13. n. 8. König hic n. 106. fin. Wiestner n. 61. Reiffenst. n. 65. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 134.

2. Quando delictum etiam occultatum, cedit in damnum Reip. aut etiam tertij privati, & id secreta monitione impediri non potest, ut sunt proditio, conspiratio, hæresis, susurratio, perturbatio pacis, & charitatis communis &c. nam quia in his aut raro, aut nunquam sperari potest correctio delinquentis ex secreta monitione, ideo iste statim hac ommissa denuntiari debet, ut provideatur bono communi, & caveatur damnum tertij. *Laym. concl. 2. & 3. Palao n. 5. Reiffenstuel n. 66. Magnif. P. Schmier n. 135. cum cit. & colligitur ex Matth. v. 15. cit. ubi studiosè dixit Salvator, si peccaverit in te, non in multitudinem, denotans, in Delictis privatis duataxat, non in publicis, & Reip. noxijs, ordinem ibi præscriptum esse servandum.*

3. Quando secreta correctio aut nobis damnosa, aut peccanti non profutura censetur; quia obligatio non datur ad inutilia, aut nociva: & hinc *S. Augustinus*, relatus *can. si quis 4. de Pœnit. dist. 7. ait: Si scirem non tibi prodesse, non te admonerem.* Hinc melius facit ille, qui Delictum occultum proximi, quod per seipsum corrigere non valet, statim Superiori denuntiat, non ut Judici, sed ut patri, ut illud pro sua, quæ pollet, autoritate in secreto studeat emendare. *Laym. n. 6. concl. 6. Palao n. 10. Engl. hic n. 29. König n. 107. Reiffenstuel n. 67. & 69. Schmier n. 137.* qui cum *Paisierin. Trib. Regul. q. 9. n. 43.* notat, Prælatos regulares universaliter à strepitu Judicij abstinere debere, quamdiu delinquentes paternè corrigere, & scandala præcavere possunt.

4. Quando Delictum sibi statim absque communicatione cum aliena persona, denuntiari Prælatum præcipit, ut respectu certorum Delictorum solent Inquisitores Hæreticæ pravitatis. *Palao n. 4. qui n. 11.* addit, præceptum hoc statim denuntiandi absque communicatione cum alia persona intelligendum de Delictis, de quibus certè conitat, quod contineantur in Edicto. Secus est, quando is, qui scit, delictum esse commissum, dubitat, an illud contentum sit sub Edicto; tunc enim absque dubio poterit consulere Confessarium, vel alium virum doctum: neque hanc communicationem intendit Superior prohibere.

Ad Argumentum pro Sententia contraria n. 131. alatum dico, præceptum servandi ordinem à Christo pro correctione fraternali præscriptum non esse nimis durum, cum, ut vidimus, non pro omnibus circumstantijs obliget. Verba *si peccaverit in te* cum *S. August. Chrysost. & alijs PP. Suar. tom. 4. de Relig. l. 7. c. 7. n. 12. &*

D

Lor-

Lorca 2. 2. q. 33. art. 8. D. 46. membr. 1. n. 12. explicant, ut idem significant, si peccaverit te sciente, sive cum tuo contemptu, & scandalo: vel dici cum Cornel. à Lapide adv. 15. cit. v. dices potest, sub peccatis nobis illatis per Synchdochen comprehendendi omnia peccata, quod cum proximum debeamus diligere, sicut nos ipsos, injuria huic illatz censentur nobis illatz.

33 Dub. 2. an dicto Evangelicæ Denuntiationis, & correctionis ordini valeat renuntiari? Negant Philarc. de Offic. Sacerd. tom. 1. p. 1. l. 4. c. 14. pr. & Lorca 2. 2. q. 33. art. 8. D. 47. n. 13. ex ratione, quod ordo iste Jure Divino præscriptus sit intuitu non tantum privati ejus, qui corrigitur, sed publici boni, quod ex ordinis istius observatione resultat in Remp. cum plurimum conferat ad conservandam pacem Communitatum, & evitacionem rixarum, aliorumque incommodorum. Conf. sæpe Prælatus est minus aptus ad corrigendum alio particulari, tum quia gratus non est delinquenti, tum quia non habet tantam peritiam tractandi proximum, & fortè etiam, quia delinquentem aliàs averfatur. Ergo saltem in hoc casu non licet, omiffa correctione utili, descendere ad denuntiationem inutilem: conf. pro hoc casu etiam non potest subditus renuntiare præscripto ordini; quia talis renuntiatio esset prodiga famæ, & perniciofa renuntianti.

339 Sed dicendum, ejusmodi Renuntiationem cuilibet in particulari, & totis præsertim Communitatibus permisissam, imò laudabilem esse. Suar. tom. 4. cit. l. 10. c. 7. n. 28. Thom. Sanch. l. 6. mor. c. 18. n. 43. Joann. Sanch. D. 46. select. n. 28. Ribadeneira de Inst. Societ. JESU c. 34. Conink 2. 2. D. 28. Dub. 11. n. 297. Laym. l. 3. tr. 3. p. 2. c. 4. n. 5. v. præterea. Palao tr. 6. D. 3. p. 9. n. 2. Wiestner hic n. 63. Ratio est, quia communis DD. sententia cum S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. defendit, quilibet est dominus suæ famæ, & honoris. Igitur huic suo juri renuntiare, famæque suæ detrimentum subire ex fine honesto potest arg. c. si terra 6. de privil. Talis finis honestus est major Spiritualis correcti profectus, submissio, & humilitas propria, major securitas à relapsu, major communitatis integritas; negari enim non potest, Communitatem magis servari indemnem, & ipsos subditos circumspiciendos processuros, si sciant, peccata propria occulta à quolibet, qui extra Confessionem, vel peccati consilij casum notitiam eorum habet, manifestanda esse Superioribus.

340 Conf. 1. ex Instituto Societatis JESU, cujus sequaces majoris abnegationis, & profectus Spiritualis gratiâ contenti esse debent, si per quemcunque, qui hoc extra Confessionem intellexerit, secreta mentione prætermiffa, defectus illorum oc-

culti manifestentur Superiori. Exam. Gen. c. 4. n. 2. Summar. Conf. Regul. 9. § 10. & Congreg. VI. Gener. Decret. 52. non potest autem dici inhonestè, & illicite sic estatutum, ut patet ex Constitutionibus Apostolicis Gregorij XIII. Pauli III. & Julij III. qui institutum Societatis ex integro approbârunt, etiam poenâ Excommunicationis in impugnatores propositâ. Conf. 2. potest aliquis, & laudabiliter quidem, humilitatis, & profectus Spiritualis studio, Prælato proprio, vel alijs manifestare defectus occultos proprios. Ergo ex simili fine potest permittere, ut ijdem manifestentur ab alijs Conf. 3. si proximus jam amisisset famam apud Prælatum suum, apud hunc rectè potest quis agere de ejus peccato, modò id faciat ex bono fine. Ergo idem videtur dicendum, quando proximus ex justa causa non vult fervare suam famam apud Prælatum, sed potestatem ejus alteri facit.

Rectè tamen hoc loco advertunt l. 14. cit. Suar. c. 12. n. 3. § 35. Sanch. c. 18. n. 50. Palao p. 9. n. 7. Wiestner n. 64. cessionem illam famæ respectu defectus oculi in Societate tantum fieri, ut ad Superiorem, tanquam Patrem, non tanquam Judicem deferatur; quia sic cedenti est utilior, & minus onerosa: quo modo actus gestus in dubio semper præsumitur, ut rectè ostendit Menoch. l. 4. præsumpt. 9. per totam. Unde licet Prælati in denuntiarum animadvertere queat moderata, & paterna correctione, judicialiter tamen, & nigrorè contra eum procedere non potest, ut ex allegata Societatis Jure ostendunt Suarez, Sanchez, Palao l. cit.

Ad Argumentum contrarium huic finit⁴³ non obeit manifestatio defectus, facta ex voluntate ipsius delinquentis, renuntiantis juri suo ob studium profectus sui Spiritualis; sicut finit, intento per Sigillum Sacramentale non obeit manifestatio facta ex voluntate, & licentia expressâ ipsius confidentis, ut rectè observant Sanch, Palao, Wiestner l. cit. Ad Conf. imprimis raro omnino contingere potest casus, quod non melius, vel saltem æquè bene correctio, & emendatio delicti obtineatur per Superiorem, præsertim in Societate, ubi Superiores tot informationibus de vita, & moribus factis constituuntur: deinde esto, æquè bene, vel etiam melius obtineatur illa per inferiorem, ut rectè Palao n. 5. notat, lætio illa famæ proximi, ex delatione ad Superiorem facta contingens, abunde compensatur per fructum Spiritualem, quem ille haurit ex tam generosa renuntiatione Juris in suam famam.

Dub. 3. an Superiori denuntiare valeat⁴² delictum Religiosi jam emendati? Affirmant Richard. in 4. dist. 19. art. 3. q. 1. in Corp. Angel. V. Denuntiatio n. 10. Grass. p. 1.

p. 1. decif. l. 2. c. 69. n. 30. ex ratione; quia tali delicto cognitio, Superior potest remove pericula, & occasiones peccandi, quod admodum proficuum est Religioso, quamvis jam emendato.

144 Sed tenenda est Sententia negativa, quam etiam defendunt S. Thom. Quodl. 11. ar. 13. ad 3. Sot. relex. de Secreto membr. 2. q. 4. concl. 4. Navar. Man. c. 24. n. 230. Valent. 2. 2. D. 3. q. 10. p. 8. sed relex. Sanch. l. 6. mor. c. 18. n. 49. § 60. Laym. l. 3. tr. 3. p. 2. c. 4. n. 1. pr. Palao tr. 6. D. 3. p. 12. n. 4. Wiestner hic n. 65. & alij, id desumentes ex verbis, *si te audierit, iuratus eris fratrem tuum*. Matth. v. 15. eis, quibus Christus, fratre emendato, desistendum non obscure insinuavit. Ratio est, quia Evangelica Denuntiatio in Delictis occultis ex Divina institutione ordinatur ad correctionem fratris delinquentis. Non bene autem applicatur medium, sine jam obteato. Ergo &c.

149 *Procedit hoc saltem in casu, quo certum est denuntiaturo, quod frater sit emendatus.* Quando dubium est, an delinquens emendatus sit, distinguendum est, an Delictum vergat in damnum tertij, vel Communitatis, an verò in damnum solius delinquentis. Si primum, casu, quo dubium est, an delinquens sit emendatus, vel periculum sit recidivæ, nisi Prælato manifestetur, denuntiandum illud Prælato est; quia damnum communitati, vel tertio faciendum etiam sub dubio præponderat famæ particularis delinquentis, & communitas, vel tertius innocens habet jus, ut præservetur à damno sibi imminente, etiam si hoc sit cum aliqua jactura honoris alicujus nocentis. Sanch. l. 6. mor. c. 18. n. 47. Palao p. 12. cit. n. 6. § apud hos cit.

146 Si secundum, interest, an delinquens cesserit Juri ad suam famam quoad Denuntiationem delicti sui, an verò non. Si prius, denuntiar Superiori poterit, etiam stante dubio de emendatione delicti; quia adest finis correctionis, ac proinde causa honestans Denuntiationem. Si posterius, non potest stante prædicto dubio, Delinquens denuntiar Prælato; quia dum dubitatur, an emendatus delinquens sit, ignoratur, an adit causa honestans denuntiationem; nam hæc solum correctio est. Quando autem ignoratur, an adit causa honestans Denuntiationem, non potest denuntiar delinquens, utpote qui habet jus certum ad famam, & jure certo spoliari non debet ob causam dubiam. Ergo &c.

147 Ad Argumentum contrarium n. 143. aliter dico, id solum procedere, quando adhuc periculum recidivæ subest; nam stante periculo probabili relapsus, manifestari delinquens est, ut præservetur, ut cum D. Thom. Adrian. Sot. Valent. notat Palao p. 1. & probat ratio; nam ob finem istum R. P. Schmalzgruber L. V. T. 4

etiam posset denuntiar privato, si absque istius opera delinquens à relapsu præservari non posset. Periculum autem relapsus probabile, ut idem Palao l. cit. advertit, tunc imminere censetur delinquenti, quando ita proximis peccati occasionibus est innodatus, ut moraliter loquendo judicetur casurus, nisi ab illis divertatur.

Dub. 4. quomodo in praxi gerere se debet Superior, vel Judex facta sibi Denuntiatione Evangelica, seu paterna? Distinguendo, an Delictum adhuc sit occultum, & nemini præjudiciosum, an verò notorium, vel occultum quidem, sed in damnum Communitatis, vel tertij cedens.

Si primum, Superior, seu Judex debet se accommodare justæ, & rationabili intentioni, seu petitioni denuntiantis, illiusque modo denuntiandi; consil. ex tali Denuntiatione judicialiter adversus denuntiatum procedere, & punire illum ita non potest, quamdiu emendatio delinquentis sperari potest. Potest tamen 1. eundem punire injunctâ poenitentia moderatâ, quæ neque infamiam irroget, neque delictum, si grave sit, manifestet. 2. Potest à loco, vel ministerio, ex quo periculum iterum delinquendi eidem nascitur, ipsum remove, si fieri id possit absque infamia delinquentis. 3. Potest de modo correctionis adhibendæ cum aliquo, vel aliquibus Consultorum suorum tractare, si hoc necessarium judicat ad remedium adhibendum. 4. Potest eadem Denuntiatione socium fidelem adjungere, qui ejus actiones exploret, & ad Superiorem referat. 5. Potest, si ei moraliter constet de delicto subditi, saltem per delationem unius testis oculati, de quo nulla potest esse suspicio falsitatis, graviter subditum reprehendere etiam coram duobus, vel tribus testibus, minis eum terrere, injungere præceptum, etiam sub Excommunicatione, si ita necessarium videatur, ne locum suspectum adeat &c. Palao tr. 6. D. 3. p. 11. n. 1. § seqq.

Si secundum, non est necesse, ut Superior juxta petitionem denuntiantis corrigat denuntiatum secreto, sed potest præcipere delatori, ut relicta denuntiatione fraterna, ad Judicalem transeat: cui præcepto tenebitur obedire delator, nisi ob grave periculum sibi imminens excusetur; nam ut rectè dicitur in Deeret. 58. Congr. Gen. 6. quando prudenter judicaretur non posse adhiberi sufficiens remedium, quo provideatur bono communi, vel personæ tertie, nisi assumatur in ea re officium Judicis, tunc tenebitur subditus ad Denuntiationem Judicalem Superiori faciendam. Ratio est, quia bonum commune, & innocentis tertij particulari nocentis præferri debet. Quare hoc casu delator, petens solum effectum Denuntiationis Evangelicæ, audiri non debet, cum irrationabiliter petat, sed potius urgeri

geri debet ad satisfaciendum obligationi suæ. Ludov. de Aneno *prax. crim. tit. 9. V. Denuntiatio §. 1. n. 7. Palao p. 11. cit. 2. 11. Reiffenstuel hic n. 75. §. 76.*

130 Dub. 7. quis sit *Efectus* Denuntiationis Evangelicæ, & quando præcipue sit ejus usus? *n. Efectus* illius est delinquentis correctio, & aliquando rei debita restitutio: ad quam, si delinquens sponte illam præstare nolit, Censurâ Ecclesiasticâ, imò etiam immisione in possessionem bonorum compelli potest. Bald. in *Auth. ad hæc c. de Usur. n. 1. Felin. in c. novit. 3. de Judic. col. fin. M. rari. de Ord. Judic. tit. de Denunt. n. 5. König hic n. 111.*

Uti Denuntiationis istius est tum maximè, quando quis læsus est in foro sæculari, aut propter deficientiam actionis, transitum sententiæ in rem judicatam, vel alia obstacula non auditur, nec tamen proximus excusatur à peccato; nam ad Judicium Ecclesiæ pertinet cavere peccata, & illa tollere *c. novit. cit.*

131 Queritur 3. quid sit *Denuntiatio Judicialis*? *n. Est* delicti apud competentem Judicem facta manifestatio. Fleck. *Biblioth. Jur. civil. l. 6. tit. 3. n. 1.* Differt à *Dissimulatione*; quia hæc fit extrajudicialiter: ab *Accusatione*; quia Accusator se obligare debet ad crimen, quod reo opponit, probandum, Denuntiator verò non tenetur regulariter in Judicio proponere probationes, sed Judici relinquit, an ipse in Delictum; & concurrentibus alijs indicijs, in delinquentem velit inquirere. Fleck. *l. cit. n. 6.*

132 Duplex communiter dicitur esse *Denuntiatio Judicialis*, videlicet alia *Generalis*, quando quis delictum absque denominatione delinquentis prodit. Alia *Specialis*, quando delictum simul, & delinquens apud Judicem denominatur. Denuntiare autem delictum potest omnis, qui accusare. Brunn. *ad l. 12. ff. de Jur. sisc. quod Fleck. l. cit. n. 4.* rectè monet intelligendum de Jure veteri; nam de hodierno procedendi stylo ad denuntiandum admittuntur etiam, qui accusare non possunt. Et hi quidem sunt duplicis generis; nam aliqui denuntiant sponte sua, vel ex conscientie motu: alij ex necessitate vel officij, veluti fiscalis, officialis, aut custos ratione causæ ad officium suum pertinentis; vel defensionis, seu ad defendendum jus suum, veluti si testi objicitur crimen, ut removeatur à perhibendo testimonio.

133 Dub. 1. quomodo differat *Denuntiatio Judicialis* ab Evangelica, seu Charitativa? *n. Multiplex* inter istas discrimen est. 1. Finis *Denuntiationis Charitativæ* est emendatio fratris, vel ut tertie personæ, aut bono Communitatis provideatur; hinc ex motivo Charitatis procedere debet: contra finis *Judicialis Denuntiationis* est, ut satisfiat *Communitati læsæ*; tendit enim in

quandam injuriam Communitatis, si ejus membra delinquant: & hinc *Denuntiatio* ista per se, ac directè procedit ex motivo *Justitiæ vindicativæ*.

2. *Denuntiare charitativæ* potest etiam ille, qui nec probare, nec indicijs sufficientibus ostendere potest, quòd denuntiarus deliquerit, v. g. quia solus hoc vidit, modò existimer fidem sibi aliquam habendam à Superiore. Contra denuntiare quis judicialiter non potest alterum, non præcedente infamia, vel indicijs criminis; quia cum sine his ad punitionem delati procedere non possit Superior, frustra hujusmodi *Denuntiationem* faceret.

3. Qui judicialiter denuntiat, nominem suum (Spectato Jure communi) inscribere debet, & postea vocatus coram Judice comparere ad publicam testimonij depositionem, Reique convictionem: qui autem charitativè denuntiat, non debet inscribere suum nomen: imò Prælarus deferentem nullo modo manifestare potest, nisi necessitas postulet ad finem correctionis obtinendum; tunc enim, ut n. 149. dictum est, deferens consensum dare tenetur, aut si dare eundem nolit; ipso etiam invito, revelari poterit.

4. In *Denuntiatione charitativa* Prælarus non debet crimen occultum, & grave manifestare alijs, si solus emendare id possit; quia tendit ad delinquentis correctionem tantum. Contrarium fit in *Denuntiatione Judiciali*; nam cum ista eò directè tendat, ut reus per testes convictus, aut confessus, in publicam notitiam veniat, & puniatur ad exemplum aliorum, necessariò manifestari alijs delictum ita denuntiatum debet. Videatur Laym. *l. 3. tr. 6. c. 2. n. 5.*

Dub. 2. quænam crimina judicialiter denuntari possint? *n. Denuntari* possunt crimina omnia etiam merè præterita, & emendata, nec amplius committenda, tam privata, quàm publica, tam aperta, quàm occulta, & de quibus nulla adhuc extitit delinquentis infamia. Ita cum S. Thom. *Sylv. Petr. Navar. docent. Less. l. 2. de Just. c. 30. n. 11. Laym. l. 3. tr. 3. p. 2. c. 4. n. 13. Passerin. Trib. Regul. q. 7. art. 3. n. 15. Pagnan. in c. qualiter 24. b. tit. n. 72. Reiffenstuel hic n. 88.* Ratio est, quia publicitas, & infamia delicti tantum requiritur ad Processum, media Inquisitione initiandum *arg. c. inquisitionis 2. & c. qualiter 24. b. tit. ubi infamia* supplere debet vices accusatoris, sine quo nullus condemnatur: secus est in *Denuntiatione*, utpote in qua ipse denuntians vices accusatoris gerit, licet per inscriptionem ad accusandum se non obliget.

Dixi, *Dummodo probari possit*; nam crimen omnino occultum, nisi vergat in præjudicium Communitatis, vel tertij, judicialiter denuntari non potest *arg. san. §. 100.*

quodam 2. & eam placuit 3. caus. 6. q. 2. can. qui crimen 4. caus. 24. q. 8. l. nostris 8. Et l. fin. C. de calumn. Ratio est, quia cum Denuntiatione Judicialis ad vindictam publicam publico Judicio inferendam tendat, sicut accusatio; publico autem Judicio sine legitima probatione nemo puniri valeat, injuste quis judicialiter denunciatur de crimine, quod probari nequit, cum sine fructu fama ejus laedatur. In ò neque potest Judex recipere Denuntiationem Judicalem, vel vi illius ad Inquisitionem procedere, & Processum intinere, nisi videat à Denuntiante tales denominati testes, aut talia probationis offerri media, per quæ delictum sufficienter probari valeat; secus faciens censetur esse calumniator, utpote Judicium publicum sine probationibus attentans: nec effugiet poenam calumniatorum saltem extraordinariam, arbitrio Judicis imponendam, ut cum Ameno notat Reiffenstuel hic n. 89.

159 Excepi autem, nisi crimen vergat in prejudicium Communitatis, vel tertij; nam delinquens adversus tertium, vel commune bonum, si alia via non suppetat impediendi damnum, denunciari debet Superiori, ut Judici, etiam ab eo, qui solus scit, modo notitiam ejus non auferat ex Confessione, & per manifestationem delicti damnum illud impediri aliquo modo possit, quamvis non perfecte. Ita expressè Sylv. 7. correctio q. 5. Valent. D. 3. q. 10. p. 5. pag. 677. Less. l. 2. de Jus. c. 30. n. 43. Sanchez. l. 3. de Matr. D. 13. n. 2. Palao tr. 6. D. 3. p. 13. n. 10. Ratio est, quia hæc Denuntiatione non tam ad punitionem delinquentis, quam ad præcavendum damnum, quod intendit inferre, ordinatur. Ergo non est curandum, quòd ipse delinquens infametur, aut per Denuntiationem vexetur; nam bonum privatum cedere bono communi, vel tertij innocenti debet. Neque obstat delictum probari non posse; quia hoc casu non denunciatur delictum, ut illud probetur, sed ut impediatur damnum, ad quod hujusmodi Denuntiatione servit eatenus, quatenus viam aperit Judici, ut inquirat, & quærat media illud impediendi.

160 Dub. 3. an Socius criminis admitti possit ad denunciandum Socium, ejusque Denuntiatione sit attendenda? Affirmativam videtur probare 1. l. quoniam 1. C. de fals. monet. ubi Constantinus Imp. rescriptit, falsos monetarios ab omnibus inquirendos, ut investigati tradantur Judici, facti conscios per tormenta illico prodituri. 2. l. Divus 6. ff. de custod. & exhib. reor. ubi Marcianus, Caput, inquit, mandatorum extat, quo Divus Fius, eim Provincie Asia præerat, sub Edicto proposuit, ut Irenarchæ, cum apprehenderint Latrones, interrogent eos de Socijs, & receptatoribus, & interrogaciones literis inclusas, atque obfirmatas ad cognitionem Magistratûs præstent. Frustra autem mitterentur, si in

Judicio non deberent attendi. 3. Conf. crim. Carol. 7. art. 31. ubi disertè assertitur, dictum Socij criminis facere indicium contra eum, qui pro Socio nominatus est.

Contra negativa sententia videtur deduci 1. ex can. non est 3. caus. 3. q. 11. ubi ex Decreto Hadriani Pape dicitur, non esse credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes; quia periculosa est & admitti non debet Rei adversus quemcunque professio. 2. Ex l. fin. C. h. sic. ubi Imp. Honorius, & Theodosius inquirunt, quòd veteris Juris auctoritas de se confessos ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Simile quid habetur l. repetit 16. §. is qui 1. ff. de question. 3. Ex ratione; quia merito suspicio esse potest, hujusmodi Denuntiationem idcirco fieri, ut vel ob dignitatem denunciati denuntians consequatur impunitatem sceleris, vel si hostis ejusdem est, ut ejus supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satietur.

Controversiam decidit Constit. crim. 108 cit. art. 31. ubi Denuntiatione Socij criminis admittitur solum, quando quinque hæc observantur. 1. Ut Denuntiatione facta sit ad generalem Judicis interrogationem in ipsa tortura. Hinc nulla est, si quis spontè nominet alium non interrogatus, vel si interrogatio speciatim v. g. de Titio, vel Cajo proposita sit; quia talis interrogatio speciem suggestionis habet. 2. Ut Judex denuntiantem interroget de omnibus circumstantijs, an, quando, ubi, quomodo auxilium sceleri denuntiatus ipsi præstiterit. 3. Ut Judex diligenter exploret, num denuntians, seu nominans cum nominato graves inimicitias foveat, & in eo casu nihil planè fidei denuntianti dabit, nisi alia indicia verisimilia denuntians proferat. 4. Ut nominatus sit talis persona, in quam delicti, quod in Denuntiatione continetur, suspicio possit cadere; nam si honestæ sit vitæ, iterum non est credendum nominanti. 5. Ut reus in illa nominatione constanter perseveret, eamque non revocet, vel in illa vacillet; secus enim admittenda illa non est, nisi ex statu denuntiati, & alijs circumstantijs indicium capiatur, quòd revocationem denuntians tantum fecerit, ut Socios à periculo liberet. Quæ omnia, si copulativè concurrant, Denuntiatione Socij contra nominatum facit indicium proximum ad torturam; secus, si vel unum defuerit, König hic n. 103.

Dub. 4. quando Denuntiatione Judiciali sit locus in foro Canonico? 1. Locus eidem est maximè in sequentibus casibus. 1. si is, qui denunciatur sit Clericus, ut quando Clerici, vel Religiosi conqueruntur de injustis oppressionibus, quas patiuntur à suis Prælati; nam denuntians judicialiter est quoddammodo actor, actor autem sequitur forum Rei. 2. Si is, qui denunciatur, sit quidem Laicus, crimen tamen

de quo denuntiat, sicut naturā Ecclesiasticum sit, ut Hæresis, Simonia &c. 3. Ob defectum Justitiæ in foro sæculari, quia vel Judex sæcularis est negligens, vel nullus est, qui judicet, vel in eo foro non datur actio, aut repetitio, e. g. ex nudo pacto. 4. Ratione pacis violatæ, vel juramenti non servati à Laicis arg. c. novit. 12. de Judic. 5. Si persona sit miserabilis, quæ denuntiationem proponit. 6. Si in causa Spirituali, & Ecclesiastica, vel huic annexa, ut si agatur de Matrimonio ob Impedimentum Canonicum non contrahendo, vel contracto dissolvendo c. ad dissolvendum 13. de Respons. impub. c. cum inibi no. 3. de clandest. Respons. Abb. in c. 13. cit. n. 48. & seqq. Azor p. 3. c. 21. dub. 5. Pirhing hic n. 90.

264 Quæritur 4. quid, & quotuplex sit Denuntiatio Canonica? *Denuntiatio Canonica* est delatio criminis ad Superiorem Ecclesiasticum sine solemnitate Accusationis. Wagnereck in c. 14. §. quando not. 3. h. tit. Duplex est, scilicet Generalis, & Specialis.

Generalis apud Superiorem agitur, ut impediatur delictum aliquod, vel damnum, aliudve incommodum, ejusque continuatio: cujus exempla passim inveniuntur in Jure nostro, præsertim c. præterea 12. de Sponsal. & Matr. c. ad dissolvendum 13. de Respons. impub. & c. fin. de clandest. Respons. quibus textibus denuntiari debet Impedimentum impediens, ne cum illo contrahatur Matrimonium, & dirimens, ut cum eo contractum dissolvatur.

Specialis, fit eidem Superiori, ut qui malè præest, vel administrat, corrigatur, aut si post trinam, vel binam saltem admonitionem incorrigibilis sit, à Prælatura, Officio, vel Beneficio removeatur can. Metropolitanum 45. can. sicut 46. Sc. caus. 2. q. 7. can. plijs 31. caus. 16. q. 7. c. custos 1. de Offic. Custod. & c. licet 31. de Simon. Schambog. hic n. 35.

265 Ad Generalem admittuntur omnes, imò si eam facere possit sine gravi suo incommodo, & ad damnum, vel peccatum, aut eorum continuationem impediendam judicet profuturam, denuntiare tenetur quis: Engl. hic n. 30. Pirhing n. 87. Wiestner n. 66. Reiffenstuel n. 147. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 140. & patet ex c. novit. 13. de Judic. c. ad dissolvendum, & c. fin. cit.

266 *Specialis* Denuntiatio ijs duntaxat competit, quorum interest habere bonum Prælatum, Administratorem, Subditum: adeoque soli Religiosi & Clerici suum Prælatum, & soli Parochiani suum Parochum eo fine denuntiare possunt, ut ab Officio removeantur. Abb. in c. novit. cit. n. 59. Marant. tit. de Denunt. n. 7. Honor. hic n. 77. Pirhing n. 87. Wiestner n. 67. Reiffenstuel n. 147. Schmier n. 141.

In Generali Denuntiatione non est opus, ut præcedat monitio. Gloss. in c. ad dissolvendum cit. V. denuntiare, Honor. n. 81. Schambog. n. 35. König n. 108. Specialis requirit monitionem præviam Engl. n. 30. cit.

Effectus Denuntiationis Canonice Generalis est, ut impediatur delictum, damnum, vel aliud incommodum. Specialis delinquentis correctio, imò & punitio; si enim correctionem contempserit, dist. & tione Ecclesiastica coercetur, ab exercitio SS. Ordinum suspenditur, ab Officio removeatur &c. per can. quapropter 47. caus. 2. q. 7. König n. 112.

Quæritur 5. quid sit Denuntiatio Civilis, & quotuplex? *Denuntiatio Civilis* sic dicta, quia à Jure Civili originem suam trahit, est delatio criminis ad Superiorem tanquam Judicem, vel ad interesse proprium, vel ad vindictam publicam. Differt à Canonica 1. ratione Originis; quia Canonica originem suam adscribit SS. Canonibus. 2. Ratione Judicis, coram quo proponitur; nam Canonica proponi solum potest coram Judice Ecclesiastico, Civilis etiam coram Sæculari, quamvis & ipsa locum habeat in foro Canonico. 3. Ratione finis; nam Canonica tendit ad removendum peccatum, vel damnum, Civilis ad satisfactionem pro damno, vel læsione, quam pes delictum vel persona privata, vel ipsa Respublica passa est. Hinc duplex est Denuntiatio Civilis, una privata, altera publica.

Privata est, quæ denuntians pro proprio suum interesse, sive damni privati reparationem, aut debiti satisfactionem intendit, ut fit, quando gravamen sibi illatum à Patre, Domino, Prælato Judici denuntiat filius, servus, Religiosus, ut ab ipso ex officio releventur; item quæ quis alius à Judice satisfactionem petit ex pacto nudo, vel ex contractu, quo læsus est infra dimidium. Abb. in c. novit. 13. de Judic. n. 48. & 51. Marant. de Ordin. Judic. tit. de Denunt. n. 3. Wagnereck in c. 14. §. quando not. 1. b. tit. Pirh. hic n. 87. Schambog. n. 34. Wiest. n. 68. Reiffenstuel n. 84. Denuntiatio hæc in foro Sæculari admittitur, etiam monitione non præmissa: in foro tamen Canonico hæc præmittenda est, si absque incommodo potest, & spes sit emendationis, tollendique injusti gravaminis. Abb. l. cit. n. 48. Durand. specul. tit. de Denunt. §. 2. n. 12. Honor. l. d. n. 71. Pirhing n. 91. cum cit. & hoc colligitur ex can. indignè 21. caus. 12. q. 2. c. novit. 13. de Jud. & c. si quis 2. h. tit. Ratio est, quia Lex Charitatis docet, privata damna cum minimo, quo possunt, proximi damno esse tollenda.

Publica vindictam, & Reip. per cri-
men læsæ satisfactionem spectat, ut Accusatio: ab hac tamen differt in eo, quod ad Denuntiationem etiam publicam nulla opus

opus sit inscriptione *c. super his 16. h. tit.* & denuntians etiam privatus non subeat onus probandi, saltem ex recepta consuetudine, sed tantum aperiendi indicia, quibus Judex ex officio moveri potest ad ulteriorem Inquisitionem. *Laym. l. 3. tr. 6. c. 3. n. 4.*

Fieri potest Denuntiatio hæc vel à constitutis ad id publicis Ministris, vel etiam à privatis. *Abb. inc. 13. cit. n. 48. Marant. l. cit. n. 1. Pirhing hic n. 27. Schambog. n. 34.* Si à publicis Ministris ad id constitutis, ut ferè confuevit, denuntietur crimen, non est opus præmitti monitionem denuntiandi. *Durand. §. 2. cit. n. 10. Scaccia l. 1. de Judic. c. 55. n. 2. Wiestner hic n. 69.* sed Judex Denuntiatione facta, & allatis aliquibus criminis indicijs, in denuntiatum inquiri ex officio, prout factum est *c. fin. b. tit.* Quando fit à privato aliquo, præmittenda est monitio, sicut Accusationi, siquidem crimen sit occultum, & emendatio sperari possit, ut cum *Sanchez, Palao,* & alijs notat *P. Wiestner n. 69. cit.* quod saltem verum est in foro Ecclesiastico; nam in foro Sæculari necessaria illa non est, cum ex consuetudine, quæ est optima Juris interpretis, constet, quod nullus Judex denuntiantem judicialiter interroget de pravia monitione: quod tamen fieri deberet, si illa necessaria foret: imò finis hujus Denuntiationis contrarium fuadet; nam eò tendit, non ut corrigatur reus, sed publicè puniatur. *Reiffenstuel hic n. 92.*

¹⁷⁰ *Forma Denuntiationis Civilis* ferme coincidit cum forma Accusationis, in cujus locum successit. Hinc 1. debet esse scripta vel manu denuntiantis, vel Actuarij, aut Notarij Judicij, cui denuntians causam narrat, & in acta referendam dicitur. 2. debet exprimi nomen denuntiantis, ne temere quis calumniari possit, & ut, si per ca-

lumniam denuntiavit aliquem, ea detecta, ad expensas condemnari queat. 3. Exprimi debet nomen denuntij, sive delinquentis proprium, vel alia signa æquipollentia, quæ illum demonstrent; quia talis demonstratio vice nominis fungitur *l. certum 6. ff. de reb. credit.* 4. Exprimi debet ipsum Delictum, quod denuntiat, cum omnibus circumstantijs loci, ac temporis *arg. l. libellorum 3. ff. h. tit.* Videatur *Clar. §. fin. q. 7. n. 11. Boss. tr. crim. tit. de accus. n. 3. Scaccia l. 1. de Judic. c. 71. n. 2. König hic n. 109.*

Effectus Denuntiationis Civilis unus 178 Judicem, alter Denuntiantem spectat. *Judici* aperit viam ad Inquisitionem Specialem contra denuntiatum, quemadmodum Diffamatio, & Querela. *Scaccia c. 71. cit. n. 3. Carpz. pract. crim. p. 3. q. 108. n. 54. König hic n. 113.* quam Inquisitionem si Judex omisit, facit litem suam, & de Syndicatu tenetur. *Brunnem. Process. Inquis. c. 1. n. 10. §. 11.* amittitque Jurisdictionem criminalem, seu merum imperium. *Gaill. l. 1. obs. 28. n. 1. König l. cit. Reiffenstuel n. 125.* Denuntiantem hæc Denuntiatio adstringit, ut testes nominet, probationes, quas habet, Judici suggerat, & ea, quæ de crimine novit, ostendat; non verò, ut absolute probet. *Reiffenstuel n. 129.* Utrum verò testis esse possit in causa denuntiata, diffident inter se DD. Præferenda videtur Sententia distinguens inter causas leviores, vel in quibus agitur de peccato vitando, & inter graviores, præsertim capitales: in prioribus admitti pro teste Denuntians potest, non item in posterioribus, ob affectionem ad causam, quæ in prioribus non solet adeo esse magna, major in posterioribus, quod Denuntians, si calumniatus fuerit, punitionem timere debeat. Videatur *Libr. 2. tit. 20. n. 65.*

§. IV.

De Inquisitionibus.

S U M M A R I U M.

- | | |
|--|---|
| <p>172. Definitio Inquisitionis.
173. Ratio illam introducendi.
174. Divisio in Generalissimam,
175. Specialem,
176. Et mixtam.
177. 178. Alius Divisionis modus.
179. Tribus maxime modis fieri solet.
180. 181. Differentia inter hos modos.
182. &c. Differentia Inquisitionis ab Accusatione, & Denuntiatione.
185. Quis Inquisitionem facere possit?
186. De quo criminis?
187. Et contra quem?
188. &c. Quam eximantur ab Inquisitione severa?</p> | <p>191. &c. An precedere hæc debeat Inquisitionem Specialem?
199. Qualis ad hanc requiratur diffamatio?
200. 201. Maxime si inquirendus sit Prelatus Ecclesiasticus?
202. &c. Casus, quibus inquiri potest in delinquentem, infamiam non laborantem?
211. &c. Alia requisita ad Inquisitionem Specialem?
215. &c. An, & quomodo constare de corpore delicti debeat?
219. &c. Quibus casibus tempus, & locus non debeat exprimi?
221. &c. Quid observandum sit in Examine, & Interrogatorij Inquisitorialibus?</p> |
|--|---|

224. &c. *Que sit forma Inquisitionis severe?*

230. &c. *An pendente Inquisitione, inquisitus accusari possit?*

232. *Effectus Inquisitionis Generalis.*

272. **Q**uæritur 1. quid sit Inquisitio? *1. Inquisitio generatim sumpta est criminis, vel criminosi per Judicem legitime facta indagatio. Ita Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 3. n. 34. Fleck. Bibl. Jur. Civil. l. 6. tit. 4. n. 1. Gonzal. in c. inquisitionis 21. h. tit. n. 8. Vallens. hic §. 4. n. 1. Engl. n. 23. Pirhing n. 47. König n. 64. Wiefner n. 70. Reiffenstuel n. 149. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 61. Hodie Processu Accusatorio Inquisitorius multo frequentior est, & adeo invaluit, ut quæ olim erat remedium extraordinarium, jam transferit in ordinarium. Farin. prax. crim. q. 12. n. 1. Passerin. Trib. Regul. q. 8. art. 1. n. 1. Magnif. P. Schmier l. cit. n. 60.*

273. Ratio illam introducendi iustissima fuit, ne deficientibus, qui reos deferrent ad Judices, delicta maximo Reip. damno manerent impunita c. qualiter 24. h. tit. & l. congruit 13. ff. de Offic. Præsid. Neque obstat, quod sine accusatore nemo sit condemnandus can. de manifesta 17. §. sciendum, caus. 2. q. 1. c. un. pr. Ut Benef. Eccl. sin. dimin. conf. l. rescripto 6. §. siquis 2. ff. de muner. & honor. in casu autem Inquisitionis instituta nullus sit accusator, vel si aliquis est, ille sit ipse Judex contra Regulam sumptam exc. forus 10. de V. §. ubi Judex, Actor, Reus, & testes referuntur, tanquam personæ in Judicio necessariò distinctæ. Dicendum enim, Accusatoris vicem eo casu supplere non Judicem, sed publicam infamiam, criminis indicia &c. juxta c. qualiter cit. ibi, Non tanquam idem sit accusator, & Judex, sed quasi denuntiante famâ, vel deferente clamore, officij sui debitum exequatur, ut DD. passim advertunt cum S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. ad 2.

274. **Q**uæritur 2. quotplex sit Inquisitio? *1. Triplex est. Una simpliciter Generalis, & propterea ab alijs Generalissima dicta, quâ Prælatus, vel Præses Provincia, aut alius Magistratus Sæcularis, ex mero officio, nullâ certâ personâ, & crimine expresso, investigat, an in Provincia Diocesi, Civitate, vel Monasterio crimina quedam, vel excessus committantur, prout contingit in Visitationibus c. perniciosam 1. de Offic. Ordin. c. sicut 25. h. tit. c. Romana 1. de Censib. in 6. l. congruit. 13. ff. de Offic. Præsid. Clar. §. fin. p. 3. n. 1. Fleck. l. 6. Bibl. Jur. Civil. tit. 4. n. 4. Passerin. Trib. Regul. q. 8. art. 1. n. 3. Fagnan. in c. qualiter 24. h. tit. n. 41. Gonzal. in c. 21. eod. n. 10. Wagnereck in c. sin. V. ad inquirendum not. 1. Honor. hic n. 43. & 44. Engl. n. 23. ¶ est autem, Pirhing n. 48. König n. 65. Reiffenstuel*

233. &c. *Et Specialis.*

235. &c. *Effectus Inquisitionis severe.*

237. &c. *An crimen, detectum, & probatum per viam Inquisitionis, pœnâ ordinariâ puniri possit?*

n. 150. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 66.

Altera *Simpliciter Specialis*, quâ Judex¹⁷⁵ vel ex mero officio, vel ad alicujus offensus querelam, vel ad Officialis publici denuntiationem in certam personam de certo, & speciali Delicto, an istius rea illa sit, indagat juxta l. ea quidem 7. C. b. tit. Fleck. l. cit. n. 4. Passerin. n. 3. Gonzal. n. 10. Wagnereck not. 1. Honor. n. 45. Pirhing n. 48. König n. 65. Reiffenstuel n. 151. Schmier n. 66.

Tertia *Mixta*, sive partim generalis,¹⁷⁶ partim specialis, quâ vel nullo determinato crimine expresso, in certam personam, & quæ crimina perpetrârit, quod rariùs; vel quod frequentius contingit, nullâ certâ personâ expressâ, in certi criminis v. g. homicidij, aut furti commissi auctorem inquiritur. Sylv. V. Inquisitio 1. n. 1. cum cit.

Aliqui duas duntaxat Inquisitionis¹⁷⁷ Species agnoscunt, Generalem scilicet, & Specialem. *Generalem* dicunt illam, quâ alicujus Provincia, vel loci Status omnino generaliter, vel potius, quâ certi delicti auctor, nullâ personâ expressâ, inquiritur. *Specialem* verò, quâ investigatur de una, vel pluribus certis, ac determinatis personis, an delicti, quod commissum esse constat, reæ, vel participes sint.

Prior ad delinquentem investigandum,¹⁷⁸ *Posterior* ad eum condemnandum, & puniendum tendit: ad quod deveniri solet per duplicem viam, scilicet per Inquisitionem mansuetam, & per severam. *Mansueta*, seu *Militior* peragitur per solas interrogaciones, aut articulos, ad examinandum reum formatos. *Severa* est, in qua cruciatus corporis, & tormenta ad expressionem veritatis adhibentur; & aliâs simpliciter *Quæstio*, vel *Tortura* vocatur.

Quæritur 3. quot modis fieri soleat Inquisitio Specialis? *1. Fieri solet tribus maximè modis. 1. Ex mero officio Judicis, ut quando Judex inquit contra aliquem sine accusatione, querela, aut denuntiatione alterius. 2. Ad Querelam alicujus, qui tamen non vult stare in Judicio, tanquam accusator, sed solum exponit Querelam Judici, eaque propositâ Judex ex Officio suo ad testes, & informationes recipiendas procedit. 3. Ad Denuntiationem alicujus publici Officialis, ad denuncianda Delicta deputati, quâ propositâ, inquirere Judex ex Officio suo potest, etiam nulla præcedente infamia; nam per solam Denuntiationem excusatur à calumnia l. ea quidem 7. C. b. tit. Marant. de Ordin. Judic. p. 6. tit. de Inquisit. n. 12. Azorp. 3. l. 18. c. 17. dub. 1. Pirhing hic n. 48.* Dif.

180 Differunt modi isti inter se in pluribus, ut videre est apud Gloss. in *c. qualiter* 24. *§. ad inquirendum h. tit. Abb. ibid. n. 7. Pirhing hic n. 75. nam*

1. Quando ex Officio suo procedit Judex ad Inquisitionem Specialem, tunc recipit Juramentum ab ijs, contra quos facienda est Inquisitio: non item, quando procedit ad instantiam, seu petitionem alterius, ne instruat Adversarium; sed tunc ipse Adversarius probare debet, quæ denuntiavit.

2. Quando procedit ex officio, non tenetur recipere probationem super fama; satis enim est, quod de ea sibi constet; sed de veritate inquiret, postquam ipsi constat de infamia, licet inquisitus neget se infamatum; neque tenetur ipse Judex fidem facere de infamia; cui enim faceret, cum ipse sit Judex? Contrà est, si procedat ad instantiam, & petitionem alterius; tunc enim tenetur probationes assumere, & fidem facere super infamia.

181 3. Si Judex procedit ad petitionem, vel querelam alterius, admittit probationes contrarias super bona fama: non item, quando procedit ex officio; quia non ita præsumitur contra Judicem, sicut contra partem *arg. c. in nostra 4. de Procurat. c. ad audientiam 13. de præscript.*

4. Quando proceditur ad instantiam, fit litis contestatio cum eo, qui petit Inquisitionem *c. cum dilectis 15. de Purgat. Canon. Secus est, quando proceditur ex officio; quia tunc non est, cum quo fiat litis contestatio: fit tamen quasi litis contestatio inter infamiam, quæ tenet locum accusatoris, ex una, & responsionem inquisiti ex altera parte.*

5. Quando proceditur ex officio, possunt recipi testes etiam post publicatas attestations; cum enim dicta testium semper sint nota Judici, cessat tunc timor subornationis eorum: secus est, quando proceditur ad petitionem partis.

182 Quæritur 4. quomodo Judicium Inquisitionis differat ab alijs Judicijs, scilicet Accusationis, & Denuntiationis? *¶. Differt in pluribus, ut videre est apud Durand. Specul. l. 3. part. 1. tit. de Inquisit. §. 1. n. 33. Pirhing hic n. 76. nam*

1. In Inquisitione fama habetur loco accusatoris *c. qualiter 24. h. tit. & c. licet Heli 31. de Simon. in alijs autem Judicijs nullus sine accusatore, vel denuntiatore damnatur can. relatum 3. caus. 5. q. 2. & c. un. ut Benf. Eccl. sin. dimin. confer.*

2. In causa Inquisitionis testes recipiuntur, etiam lite non contestata: quod non fit in alijs regulariter *c. quoniam 5. §. sunt & alij, ut lit. non contest.*

183 3. In Judicio Inquisitionis recipiuntur testes minus idonei, cum sit Inquisitio tam in capite, quam in membris, vel super statu Ecclesiæ; admittuntur enim qualescun-
R. P. Schmalzgrueber L. V, T. I.

que testes ex ipsa Ecclesia, quod ipsi melius nôlle censeantur veritatem, ut notat Durand. l. cit. n. 21. quod non fit in alijs causis *c. ex parte 7. de testib. & attest.*

4. Inquisitio fit de criminibus manifestis per famam *c. qualiter 24. h. tit. alia verò Judicia instituantur etiam super occultis, dummodo probari possint can. plerumque 27. caus. 2. q. 7.*

5. In Judicio Inquisitionis proceditur quandoque ad remotionem inquisiti, dum negotium agitur *can. sin. caus. 3. q. 2. probata tamen prius suspitione dilapidationis c. licet 31. §. quia verò, & c. per tuas 32. de Simon. in alijs non item can. volumus 2. caus. 16. q. 4. c. de Quod vult deo 1. de Judic.*

6. In Inquisitionis Judicio, si crimen sit grave, Prælatus convictus removetur ab administratione *c. qualiter cit. ibi. Quatenus, si fuerit gravis excessus, etsi non degradetur ab Ordine, ab administratione tamen removeatur omnino. In Judicio accusationis deponitur c. super his 16. c. inquisitionis 21. h. tit. In Denuntiatione verò Judex non debet imponere pœnam ordinariam, sed pœnitentiam, & ad illam compellere. Abb. in *c. qualiter cit. n. 10. not. 14.**

7. Accusatio, Inquisitio, & Denuntiatio tendunt ad diversos fines, & effectus; nam Inquisitio fit ad investigandam & repertiendam veritatem, Accusatio ad puniendum delictum, Denuntiatio ad emendandum delinquentem, ut ait S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. ad 2. cum alijs.

8. Accusator debet se inscribere ad pœnam talionis, si non probaverit, subeundam; in Denuntiatione verò debet præcedere Charitativa monitio: neutrum requiritur in Inquisitione, etiamsi fiat ad petitionem, vel Denuntiationem alterius. Gloss. in *c. qualiter cit. V. ad inquirendum. §. & cum proceditur, Joan. Andr. ibid. n. 37. Fagnan. n. 82. & 83. Pirhing hic n. 77.*

Quæritur 5. quis Inquisitionem facere possit, de quo crimine, & contra quem? *¶. Inquisitionem facere potest Judex loci, in quo Delictum commissum est, aut delinquens reperitur, si Judex ille Jurisdictionem criminalem in simili Delicto habet: distinguere enim oportet inter crimina; nam de criminibus capitalibus, & ijs, quæ mutilationem corporis, aut fustigationem infligunt, inquirere solum illi possunt, qui habent Jurisdictionem altam: contrà de illis, quæ solum multâ pecuniariâ, & carcere coerceri solent, inquirere valent etiam, qui bassam duntaxat Jurisdictionem habent: pro qua re cujusque loci consuetudines, & Jura oportet attendere. Fleck. Bibl. Jur. Civil. l. 6. tit. 4. n. 8. Potest etiam hodie Jurdictio criminalis delegari, quod de Jure Civili non potuit: sed delegatio hæc rarissimè, & restrictè accidit, ut notat idem Fleck. n. 7.*

E

In-

186 Inquiri potest de omni crimine. Saly-
cet. in l. ea quidem 7. C. de accus. Heig. p. 1.
q. 39. n. 7. § seq. Fleck. l. cit. n. 9. modò
sit crimen magnum, & scandalosum, per
quod Reip. tranquillitas turbetur arg. c. inqui-
sitionis 21. h. tit. & l. levia 6. ff. eod. cujus-
modi scandalosa, & atrocia sunt ea, quæ ad
altam Jurisdictionem pertinent, & ultimum
supplicium, aut etiam fustigationem, vel
mutilationem corporis merentur. De le-
vioribus Delictis, quorum poena solum est
dehortatoria, pecuniaria, seu carceris, &
quæ regulariter ad bassam Jurisdictionem per-
tinent, Magistratus non tenetur inquirere,
& præstat læpius dissimulare ejusmodi de-
licta, quàm in ea inquirere, nisi Inquisitio
necessaria apparuerit. Fleck. n. 9. cit.

187 Inquirere autem Judex tantum po-
test in eum, qui eidem ratione causæ, do-
miliij, vel loci delicti subiectus est, nec
specialiter ab accusatione privilegiatus; cum
enim Inquisitio in locum Acculationis suc-
cesserit, consequens est, eum, qui liber est
ab Accusatione, etiam ab Inquisitione li-
berum esse, König hic n. 69. Hinc quia
personæ Ecclesiasticæ coram Judice Sæcu-
lari accusari nequeunt, ideo hic in eorum
Delicta non potest inquirere: & vicissim
quia Magistratus Ecclesiastici recipere non
possunt accusationem personæ Laicæ circa cri-
men fori merè Laicalis, ideo neque inquirere
possunt de tali crimine in personam
Laicam, nisi simul Jurisdictionem sæcula-
rem habeant, qualem plerique Germaniæ
Episcopi habent, cum simul sint Principes
Imperij.

188 Qui ab Inquisitione severa, seu Tor-
tura eximuntur, reduci possunt ad duo ca-
pita; nam vel eximuntur ob defectum ani-
mi, aut corporis, vel ob conditionem, &
statum. Ob defectum animi, aut corporis
eximuntur 1. Impuberes l. de minore 10.
pr. ff. de Quest. & l. cum aliter 1. §. impuberi
33. ff. de S. C. silan. 2. Furiosi l. siquis 3.
§. furiosi 11. ff. eod. 3. Muti, & surdi simul,
tam ex natura, quam ex accidenti tales, si
litteras ignorent l. siquis cit. §. surdus 8. & §.
mutum 10. 4. Senes, & decrepiti l. siquis
cit. §. ignoscitur. 7. 5. Valetudinarij, qui
versantur in periculo vitæ arg. l. questionis
7. ff. de Quest. 6. Mulieres prægnantes
l. prægnantis 3. ff. de Pœnis.

189 Ob conditionem, & statum eximuntur
1. Magistratus majores l. Divo Marco 11.
C. de question. & l. severam 10. C. de Dignit. 2.
Milites l. milites 8. pr. C. de question. 3.
Nobiles, utpote qui plebejorum, quibus
tormenta videntur esse præstituta, turbâ
exempti sunt l. un. C. de Equestr. Dignit.
4. Doctores, qui non tantum privilegia
militum participant arg. l. Advocati 14. C. de
Advoc. divers. Judicior. sed etiam reipsa sunt
nobiles arg. l. excusantur 2. §. fin. l. diximus
4. fin. ff. de Excusat.

Excipitur crimen læsæ Majestatis, 190
Hæresis, Simonix, Proditionis, & similia
valde enormia, in quibus nec status, nec
conditio tribuit immunitatem à tortura: de
quibus Carpzov. pract. crim. p. 3. q. 117. n.
87. § seqq.

191 Quæritur 6. an Inquisitionem præ-
cedere debeat Infamia? Et, 1. quidem du-
bitatur, utrum Infamia debeat præcedere In-
quisitionem Generalem? Certum est, non
debere præcedere Infamiam cujusquam cer-
tæ personæ; nam etiam sine hac inquiri ge-
neraliter in Delicti authorem potest. Clar.
§. fin. q. 6. n. 1. Marant. de Ord. Judic. p.
6. tit. de Inquisit. n. 29. Less. l. 2. de Just. c.
29. n. 108. Gonzal. in c. 21. h. tit. n. 10.
Wagnereck in c. fin. eod. v. ad inquirendum
not. 3. Vallenf. hic §. 4. n. 6. Zesl. n. 6.
Honor. n. 43. Pirhing n. 50. König n. 74.
Wiestner n. 74. Reiffenstuel n. 158. & com-
muni consensu DD. cæteri. Ratio est,
quia per Inquisitionem generalem solum in-
quiritur, an qui notitiam criminis habent,
authorem illius sciant; & si hunc ignorant,
an non aliquis de illo sit diffamatus: in
qua Inquisitione, cum nulla exprimat cer-
ta persona, nulli fit ulla injuria.

Difficultas solum in eo est, an Ge-
neralis hæc Inquisitio profus nullam, etiam
delicti infamiam prærequirit? Distin-
guunt aliqui inter Inquisitionem Generalem
Generalissimam, & inter Generalem secun-
dum quid, seu Mixtam. Ad Generalem
generalissimam concedunt, nullam etiam
delicti infamiam præquiri; putant autem
præquiri ad Mixtam, seu Generalem re-
spectu solarum personarum. Sed immerito,
cum in ijs textibus, quos allegant, solum
sermo sit de Inquisitione speciali.

Et hinc Passerinus Trib. Regul. q. 8. n. 153
14. § 38. Fagnan. in c. qualiter 24. h. tit. n.
57. Honor. hic n. 45. Pirhing n. 54. Kö-
nig n. 74. Reiffenstuel n. 164. cum com-
muni advertunt, etiam ad Inquisitionem
mixtam, quâ nullâ certâ personâ expressâ,
investigatur, quis criminis reus sit, deli-
cti diffamationem non exigi, sed sufficere
verisimilem, seu rationabilem ejus suspicio-
nem. Ratio est, quia suspicium in Jure statu-
tum est, quòd non possit inquiri de delicto
non famoso, sed solum prohibetur, ne fiat
Inquisitio specialis contra delinquentem non
famosum: & ideo ubi Superior habet quæ-
damcunque verisimilem suspicionem, quòd
aliquod delictum fuerit commissum, po-
test inquirere, an hoc verum sit, & ex
consequenti potest inquirere generaliter, ut
inveniat delinquentem.

194 Quòd verò ad Generalem Genera-
lissimam Inquisitionem fama Delicti non
requiratur, patet 1. ex Trid. quod sess. 7.
c. 8. & sess. 21. c. 8. reform. Episcopos ad
visitationem annuam suarum Dioecesium,
& faciendam in his Inquisitionem genera-
lem

tem obligat, quamvis nulla præcesserit fama de commissis in Diocesi Clero, vel populo certis Delictis. 2. ex praxi Regularium Prælatorum, qui Monasteria, & Conventus Religiosorum sibi subditorum stans temporibus visitant, quamvis nulla tam delictorum, quam delinquentium difamatio, vel etiam suspicio præcesserit. 3. ex ratione; quia per talem Inquisitionem nulli fit injuria, cum de nemine in particulari fiat Inquisitio.

195 In neutro tamen casu, siue cum sit Inquisitio Generalissima, siue cum Generalis respectu solarum personarum, tenentur subditi manifestare authorem criminis occultum, nisi de eo publica infamia, vel alia sufficientia indicia præcedant. Et hoc verum est, etiam si Judex sub Juramento interroget generatim, quis delictum commiserit, ut notat Less. l. 2. de Just. c. 29. n. 109. & 118. Pirhing hic n. 54. fin. Ratio est, quia Judex non habet jus inquirendi de reis occultis, & cons. non potest obligare subditos, ut eos manifestent, sed solum eos, qui infamiâ aliquâ laborant, Multo minus reus occultus, interrogatus à Judice, tenetur seipsum prodere. Less. l. cit. n. 117. Excipitur, si crimen adhuc esset parandum, vel continuandum, aut si ex eo grave damnum alicui immineret, quod alio modo commodè declinari non posset; hoc enim casu subditus interrogatus à Judice, deberet patefacere authorem, etsi omnino occultum, & nullâ laborantem infamiâ, ut sic Judex opportuna possit adhibere remedia ad damnum ejusmodi præcavendum, Less. n. 119.

66 Dub. 2. an publica infamia præcedere debeat Inquisitionem specialem, quâ inquiritur in certam personam, an criminis perpetrati rea sit? R. regulariter debet præcedere Infamia. Ita Clar. § fin. q. 6. n. 1. Less. l. 2. de Just. c. 29. n. 121. Farin. prax. crim. q. 9. n. 1. Scaccia l. 1. de Judic. c. 59. n. 3. & 84. Barbof. in c. 19. h. tit. n. 1. & 3. Fagnan. in c. qualiter 24. n. 59. Gonzal. in c. 21. n. 10. Passerin. in c. 1. tit. eod. in 6. n. 8. & Trib. Regul. q. 8. art. 2. n. 8. Canif. Sum. l. 4. tit. 19. §. 13. Vallens. hic §. 4. n. 2. & 3. Honor. n. 46. Engl. n. 24. Pirhing n. 56. Schambog. n. 29. König n. 75. Reiffenstuel n. 173. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 81. & patet ex c. cum oporteat 19. c. inquisitionis 21. §. tertia, c. qualiter 24. h. tit. c. si is 2. eod. in 6. c. licet Heli 31. de Simon.

Ratio est. quia Judex ad criminum punitionem non debet procedere, nisi ex scientia publica. talis autem de crimine non habetur, quod nec publica diffamatio, aut huic æquivalente alia insinuatione in Judicium deductum est, ergo &c. Cons. quia meritò quisque queri potest sibi injuriam, si in vitam ejus Juridicè inquiretur, cujus fama alioquin est integra; nam

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. I.

per talem Inquisitionem redditur suspectus. & jacturam fama, atque existimationis suæ patitur, quod sine gravi causa non licet.

Estque hoc adeo verum, ut non sufficiat quoque ad Inquisitionem specialem instituendam, quod duo, vel plures etiam jurati affirmant, aliquem crimen aliquod se videntibus commisisse, de quo non laboret infamiâ aliquâ, & clamosa insinuatione non præcessit c. inquisitionis cit. §. tertia. quia aliàs adhuc occulta res est, & minimè per publicam Inquisitionem prodenda: Hinc necesse erit, ut rumor de tali homine, & commissio ab ipso crimine sparsus sit per majorem partem vicinæ, Collegij, vel Universitatis, in qua inquirendus moratur. Less. c. 29. cit. n. 123. Vallens. hic §. 4. n. 5. & quod adeo. Excipitur crimen læsæ Majestatis Divinæ, aut humanæ, monetæ falsitæ, latrocinij &c. in quibus etiam ex sola confessione Socij in Socium inquiritur l. Divus 6. ff. de custod. & exhib. reor. l. quisquis 5. C. ad Leg. Jul. Majest. l. quomam 1. C. de fals. monet. Vallens. l. cit. & Excipitur.

Extra hæc crimina, si Inquisitio specialis de crimine in certam personam, non præcedente aliquâ criminis infamiâ, vel alijs indicijs instituat, Processus, sic à Judice institutus, est nullus c. inquisitionis §. tertia, & c. qualiter cit. & notant ibi DD. & ita quidem, ut neque per subsecutam delicti plenam probationem, ipsamque criminis confessionem convalescat, ut de eo inquisitus condemnari, & puniri possit. Durand. specul. tit. de Inquisit. §. 4. n. 6. Farin. q. 9. n. 8. & seqq. Barbof. in c. qualiter cit. n. 5. Wagnereck ibid. v. ad inquirendum not. 2. & 3. Pirhing hic n. 58. not. 6. Schambog. n. 29. Wietner n. 78. Reiffenstuel n. 198. Excipitur, nisi iste in Inquisitione esset præsens, & cum opponere posset, se de crimine diffamatum non esse, taceret; hoc enim casu juri suo renuntiâsse, & Processum contra se formatum approbâsse censeretur, neque eum postea impugnare posset c. su. h. tit. in 6. Clar. §. fin. q. 6. n. 9. Farin. q. 9. cit. n. 12. Scaccia l. 1. de Judic. c. 82. n. 18. Canif. Summ. l. 4. tit. 19. §. 13. Passerin. in c. su. cit. n. 6. Vallens. hic §. 4. n. 5. & hinc etiam, Zœf. n. 6. Pirhing n. 62. cum alijs supra.

Dub. 3. qualis requiratur diffamatio ad Inquisitionem Specialem? R. non sufficit quævis, sed debet esse talis, ut 1. originem habeat non à malevolis, vel maledicis, sed honestis, & fide dignis personis. 2. ut ad aures ipsius Superioris pervenerit. Et quidem 3. ut sapius illuc pervenerit. Ita clarè desumitur ex c. qualiter 24. h. tit. Ratio est, quia aliàs, si ex qualibet fama contra aliquem inquiri posset, nullus quantumvis honestus vir unquam securus esset à Speciali Inquisitione, & inde sequentibus præjudicijs.

E 2

cum

cum ex una parte vix ullus esset, contra quem malevoli, & improbi non male loquantur, ex altera vero parte dictum unius facile sequatur multitudo *c. cum in iuventute 12. de Purg. Canon. Fagnan. in c. qualiter cit. n. 9. Barbof. ibid. n. 7. § seqq. Wagnereck V. sed à providis not. 1. Passerin. in c. 1. eod. in 6. n. 2. & præcipue à n. 24. Reiffenstuel hic n. 191.*

²⁰⁰ Quod multo magis observandum est, cum Inquisitio Specialis instituenda est contra Prælatum Ecclesiasticum; in hoc enim multo magis requiritur præcedens infamia, quod status ejus sublimior sit. Hinc, ut adversus ipsum Inquisitio Specialis institui possit, necesse est, ut infamia sit clamorosa. Discrimen tamen faciendum est aliquod inter Prælatum Regularem, & Sæcularem; nam ut speciali Inquisitione contra Prælatum Sæcularem procedi possit, diffamatio non solum clamorosa, sed talis esse debet, ut sine graviscandalo dissimulari, & sine periculo tolerari nequeat *c. qualiter cit. §. sed cum super.* Ut verò procedi possit adversus Prælatum Regularem, sufficit, si clamorosa sit, etsi dissimulatio, & tolerantia ejus scandalum grave, & periculum non afferret. *Abb. in c. qualiter cit. n. 9. Sylv. V. Inquisitio 1. n. 10. pr. Honor. hic n. 47. Pirhing n. 60. not. 11. Wiestner n. 62.*

²⁰¹ Est etiam aliud triplex discrimen inter Inquisitionem specialem, quæ instituitur contra Prælatum Sæcularem, & inter eam, quæ instituitur contra Prælatos, & subditos Regulares, ut colligitur ex *c. qualiter cit. 1. §. fin.* Nam 1. in hac posteriore Ordo Juris non est observandus usquequaque, & ad unguem: intellige, quoad subtilitatem, & solennitatem Judicij; nam hæc in causis Regularium remittuntur: secus quoad veritatis probationem; ista enim nequaquam est omittenda. *Joann. Andr. in c. cit. n. 31. Hofst. ibid. fin. V. usquequaque. Pirhing hic n. 78. arg. Clem. 2. de V. S.* 2. Prælati Regulares facilius, & liberius removeri ab administratione possunt, quam Prælati Sæculares; nam ad hos removendos sufficiunt etiam leviores causæ, & probationes. *Hofst. l. cit. V. facilius:* imò Priores Claustrales, & Officiales minores ab Officijs suis, & administrationibus removeri possunt ad libitum Abbatis, etiam sine ulla causa, & nullo Juris ordine servato, ut notatur in *c. ad Monasterium 6. §. tales, de Stat. Monach.* & notat *Fagnan. in c. qualiter cit. 3.* contra Regulares, non reperiuntur tot Exceptiones, sicut contra Sæculares, & in ipsis Exceptionibus non est necessarium ita exactè servare formam, seu ordinem procedendi. *Hofst. l. cit. V. liberius.*

²⁰² Dub. 4. quibus casibus speciali Inquisitioni locus sit adversus delinquentem criminis infamiæ non laborantem? §. plures ejusmodi casus à DD. passim enumerari. Et quidem,

1. Si adversus delinquentem adsint indicia criminis valde propinqua: qualia juxta *Fleck. Bibl. Jur. Civil. l. 6. tit. 4. n. 6.* sunt, si quis propositum habuit delinquenti, aut minas fecit, ex quibus secutum est crimen, si conversatus est cum ipsis delinquentibus, aut similis farina hominibus, si inventus in loco, ubi delictum commissum fuit, si apud ipsum inventa res furtiva, si fugit ob metum inquisitionis &c. quia hæc succedunt loco diffamationis. *Marant. de Ord. Jud. p. 6. tit. de inquisit. n. 22. Boff. tit. de Inquisit. n. 8. Farin. prax. crim. q. 9. n. 20. Guazzin. Reor. Defens. 9. c. 1. n. 14. Passerin. Trib. Reg. q. 2. art. 5. n. 18. & in c. 1. b. tit. in 6. n. 37. Pirhing hic n. 61. König n. 76. Wiestner n. 79. Reiffenstuel n. 185.*

2. Quando crimen, de quo inquitur, cum crimine, de quo convictus, vel diffamatus quis est, connexum est, vel plerumque esse conjunctum solet: & sic in eum, qui convictus est de adulterina consuetudine cum conjugata, inquiri potest de eade mariti reperti in camera adulteræ, in infamatum de homicidio, de spoliatione cadaveris occisi &c. *Innoc. in c. qualiter 17. b. tit. n. 3. Abb. ibid. n. 7. Sanch. Conf. l. 6. c. 3. dub. 21. Wiestner hic n. 80. Reiffenstuel ibid. n. 186. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 93.* Aliud est, quando crimen, de quo inquirere vult Judex, non est connexum; nam nisi etiam de hoc diffamatus sit, inquirere de illo Judex in delinquentem, de alio convictum, sine alijs adminiculis nequit, ut rectè *Sot. l. 5. de Just. q. 6. art. 2. §. enasitur;* *Sanch. dub. 21. cit. n. 2. in fin. Wiestner n. 96. Schmier n. 91. § 92.* Ratio est, quia licet infamatus de uno crimine jam amiserit famam, & existimationem suam, non tamen amisit totaliter, sed partialiter, remanente adhuc jure ad famam quoad alia crimina; nam utique in communi hominum æstimatione majus dispendium patitur existimationis ille, qui plura, quam qui unum, Delicta commisit. Alia ratio est in criminibus connexis; in his enim ipsa connexio ex uno suspicionem trahit ad alterum.

3. Quando Judex procedit ad denuntiationem Officialis publici *l. ea quidem 7. C. b. tit. vel per Inquisitionem Generalem venit in alicujus Rei notitiam;* quia Generalis est præparatoria ad Specialem, *Marant. l. cit. n. 24. Less. l. 2. de Just. c. 29. n. 125. Farin. q. 9. cit. n. 11. § 19. Fagnan. in c. qualiter 24. n. 60. Barb. ibid. n. 16. Passerin. in c. 1. b. tit. in 6. n. 30. § 52. Wiestner hic n. 81. Reiffenstuel n. 176. Neque refert, quod testis fortè peccaverit revelando, ed quod delinquens nullà laboravit infamiâ; quia, ut rectè notat *Less. l. cit. ex quo crimen deductum est in publicam Judicis notitiam, sive bene, sive ma-**

malè, illè tenetur contra illud procedere per particularem Inquisitionem, & illud punire. *Conf.* quia si privatus quispiam extorisset crimen alterius per injuriam, & deduceret illud in Judicium, Judex deberet contra illum procedere, ut facillè fa-entur omnes. ergo etiam procedere debet, dum per injuriam in Judicio detegitur à privato.

4. Quando Judici denuntiat etiam à privato, sed probo, & fide digno viro: quod tamen intellige, ut hoc casu Judex inquirere possit super infamia, ita denuntiat; nam ad inquirendum super crimine non est sufficiens talis denuntiatio; unde hoc casu, non nisi reperta infamia, pergere valet ad inquirendum super crimine. *Abb. in c. licet 14. h. tit. n. 2. not. ult. Felin. ibid. n. 3. Farin. q. 9. cit. n. 17. Passerin. n. 30. cit. Pirhing n. 61. Wiestner n. 82. Reiffenstuel n. 177. & seqq.*

5. Si Papa, vel Princeps alicui proprio motu, & non ad postulationem partis committat inquisitionem super crimine alicujus, dummodo Princeps non simpliciter narret, reum jam esse diffamatum, sed asserat sibi de Delicto ex ejus fama, & certâ scientiâ constare. *Marant. n. 25. Farin. n. 13. Pirhing n. 63.* quia sicut Princeps potest inquirere, non præcedente diffamazione Rei, ita & potest Delegatus ab illo per mandatam Motu proprio emanatum.

6. Si Judex ad Inquisitionem specialem de crimine processit, præfente inquisito, & non cont. adicente, nec reclamante; quia tunc valet processus, etiam si non probetur infamia, nec potest ulterius opponi contra Processum, ut dictum est *suprà n. 198.* & notant *Marant. n. 27. Clar. S. fin. q. 6. n. 9. Farin. n. 12. Pirhing n. 62.* Ratio est, quia, quod infamia præcedere Inquisitionem debeat, est introductum principaliter in favorem ipsius Rei, qui tacendo censetur renuntiare huic suo Juri, idèdque sibi imputare debet, quòd passus sit inquire super veritate criminis, priusquam constaret de infamia. Idem dicendum, quando reus contumaciter abest; quia habetur pro præfente. *Pirhing n. 63. not. 2.*

7. In criminibus læsæ Majestatis, Hæresis, Apostasie, & alijs enormibus, atque in Reip. grave damnum tendentibus delictis; nam in his ad Inquisitionem specialem instituendam sufficit non levis suspicio. *Farin. q. 9. cit. n. 14. & 15. Less. l. 2. de Jus. c. 29. n. 128. Scaccia de Judic. l. 1. c. 24. n. 19. Passerin. Trib. Reg. q. 8. art. 6. n. 23. & in c. 1. h. tit. in 6. n. 47. & 48. Barbol. in c. qualiter cit. n. 12. Pirhing n. 64. & 7. Wiestner n. 82. Reiffenstuel n. 189.*

8. Quando Inquisitio non tendit ad publicam punitionem, sed ad solam correctionem delinquentis, aut damni evitatio-

nem, ut cum inquitur in vitam, & inorea personæ evehendæ ad Prælaturam, Parochiam, Ordines &c. ne promoveatur indignus. *Abb. in c. qualiter 24. n. 11. Sylv. V. Inquisitio 1. n. 10. & tertium, Durand. tit. de Inquisit. S. 3. n. 21. Marant. tit. de Inquisit. n. 32. Passerin. in c. 1. cit. n. 6. Wiestner hic n. 84. Reiffenstuel n. 175.*

9. Quando Delictum directè tendit in præjudicium tertij privati, & multo magis Reip. *Innoc. in c. licet 31. de Simon. n. 1. Sanch. Conf. l. 6. lib. 19. n. 15. Wiestner hic n. 85.*

10. Quando Inquisitio Specialis instituitur adversus Religiosum, cum distinctione tamen, si intendatur sola Religiosi correctio, non verò pœna illius, saltem gravis, v. g. Depositio, incarcerationio, ejectio &c. *Wiestner n. 86. & 87. cum alijs supra.*

Quæritur 7. quanam alia præter Infamiam, aut huic æquivalentia indicia requirantur ad Inquisitionem Specialem? *1. ut fiat à Judice competente arg. Rubr. & textum c. si à non compet. Jud. Sylv. V. Inquisitio 1. q. 1. dist. 2. Marant. de Ordin. Judic. p. 6. tit. de Inquisit. n. 102. Farin. præf. crim. q. 9. n. 53. Haun. tom. 6. de J. & J. tr. 3. n. 91. Wagnereck in c. fin. V. ad inquirendum not. 5. h. tit. Pirhing hic n. 49. Wiestner ibid. n. 88.* Unde quæ à Judice Sæculari formatur contra personas Ecclesiasticas, ipso Jure nulla est. Imò nec omnis Judex competens inquirere criminaliter potest, sed ille tantum, qui merum imperium habet: & propterea Judices Civiles, qui causæ criminalis cognitionem non habent, & qui nec corrigere, nec punire possunt, etiam non habent potestatem inquirendi. *Sylv. dist. 2. cit. Farin. n. 56. Pirhing n. 49. König n. 68.* Excipitur, si causa criminalis incidat in causam Civilem, agitatam coram Judice Civili; nam hoc casu ille etiam cognoscere, & inquirere poterit de causa criminali incidente, si tamen illa sit connexa cum causa civili, & quidem ita, ut hæc sine illa definiri non possit, ut, si testis falsum deponat coram Judice Civili. *Farin. n. 57.*

2. Ut prius de Corpore Delicti, seu quòd commissum Delictum sit, constet l. cum aliter 1. S. item illud 24. & l. necessarios 5. §. non alijs 2. ff. de S. C. Milan. Et procedit hoc etiam casu, quo reus ejusmodi Delictum à se commissum fatetur; nihilominus enim condemnari; vel torqueri propterea nequit, antequam Judex miserit in locum, in quo Delictum commissum dicitur, & ibi inquisiverit, an commissum sit, & sic habeatur notitia de illo commisso. *Clar. S. fin. q. 4. n. 1. Marant. l. cit. n. 18. Farin. q. 2. n. 7. Boff. tr. crim. tit. de Accus. n. 31. Guazzin. reor. Defens. 4. c. 1. n. 1. Brunneinan. in l. cum aliter cit. n. 4. Carpzov. præf. crim. p. 3. q. 108. Fleck. Bibl. Jur. Civil. l. 6. tit. 4. n. 18. & 19.*

Passerin. Trib. Regul. q. 8. n. 70. Wagnerek in c. fin. V. ad inquirendum not. 5. b. tit. Valens. hic §. 4. n. 2. König n. 73. Wiestner n. 89. Reiffenstuel n. 201. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 77. quia non est in arbitrio hominis de sua vita disponere, sicut in causa civili, ubi quoad temporalia bona se ipsum quis potest ex sua confessione condemnare arg. l. liber homo 13. ff. ad. Leg. Aquil.

213 3. Ut Inquisitio contineat Delicti circumstantias, præsertim loci, ac temporis, scilicet anni, & mensis. Clar. q. 31. n. 11. Farin q. 1. n. 11. §. 12. Haun, tr. 3. n. 90. Wagnerek not. 5. König n. 77. Wiestner n. 90. Reiffenstuel n. 210. arg. l. libellorum 3. ff. b. tit. & merito, ut sic inquisito facilior reddatur sui defensio.

4. Ut is, contra quem Judex de Delicto aliquo vult inquirere, de eo non sit absolutus, neque ab eo actioni criminali præscriptum, Haun. n. 90. cit. in fin. & n. 91. Wagnerek not. 5. cit. Wiestner n. 94. cum Farin. n. 60.

5. Ut idem sit præsens, aut saltem citatus, & per contumaciam absens. Clar. q. 11. n. 2. Farin. q. 1. n. 69. Haun, n. 92. Wagnerek not. 5. Wiestner n. 95. Reiffenstuel n. 207. qui tamen addunt, Curiarum praxi istud non observari.

214 6. Ut eidem Inquisitio ostendantur capitula, seu puncta Inquisitionis, & nomina testium, ut sic Exceptiones suas formare contra dicta, & personas testium possit cum oporteat 19. c. inquisitionis 21. c. qualiter 24. fin. b. tit. Passerin. in c. 1. b. tit. in 6. n. 79. Engl. hic n. 25. König n. 77. Reiffenstuel n. 208. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 86. Excipitur, si timeatur, ne si nomina, & dicta testium publicentur, ijs grave periculum imminet, & consequenter, ne propter hoc ipsum testes se subtrahant, aut veritatem in Examine metu mali imminentis dissimulent arg. c. fin. de Heret. in 6. & ibi Barbof. n. 7. Reiffenstuel n. 209. König n. 79. qui ex Claro addit, quandoque hoc medium observari, ut testium nomina quidem publicentur, sed in confuso, ita, ut nesciat reus, quisnam hoc, vel illud depofuerit.

Dub. 1. quomodo Judici, per viam Inquisitionis specialis procedenti, de Corpore Delicti constare debeat? 2. discrimen statuendum est inter Delicta; nam aliqua sunt facti permanentis, & post se vestigia relinquunt, ut homicidium, furtum commissum cum effractione, incendium, falsatio monetæ &c. alia verò sunt facti transeuntis, & vestigia post se non relinquentis, ut blasphemia, Magia, injuria verbalis &c.

216 De prioris generis Delictis constare Judici regulariter debet liquidè, & certò, puta, per ocularem inspectionem cadaveris occisi, effractæ cistæ, ædium exustarum, falsæ monetæ &c. De posterioris generis au-

tem sufficit constare per conjecturas, & præsumptiones; quia in ipsis Delicti corpus certò investigari non potest. Clar. §. fin. q. 4. n. 3. §. 4. Farin. q. 2. n. 4. §. 13. Guazzin. reor. defens. 4. c. 2. n. 13. Passerin. in c. 1. b. tit. in 6. n. 52. Carpzov. pract. crim. p. 3. q. 108. Fleck. Bibl. Jur. Civil. l. 6. tit. 4. n. 14. Wiestner hic n. 89. Reiffenstuel ibid. n. 203.

Dixi, regulariter constare Judici debere re per ocularem inspectionem &c. intellege, nisi Delictum occultum sit, & corpus Delicti propterea non facilè manifestabile, prout fit, quando Cajus dicitur occidisse Mævium, & ejus cadaver projecisse in aquas; nam hoc casu etiam Delicta facti permanentis pro Delictis facti transeuntis habentur, ut proin sufficiat de eo constare per conjecturas, & præsumptiones in ordine ad faciendam super eo inquisitionem specialem. Fleck. l. cit. n. 15.

Porro si de corpore Delicti, puta, homicidij quidem constat, dubitatur autem, an dolo, au verò casu, aut facto proprio illud contigerit, dubium hoc resolvi, & qualitas Delicti cognosci debet ex ipsius cadaveris inspectione, si hoc extet, per Judicem, & Medicos, Chirurgos, aliòsque peritos facta, item ex circumstantijs, aliisque indicijs delicti. Farin. prax. q. 122. n. 62. in quem finem quandoque cadaver effoditur, Carpzov. pract. crim. p. 1. q. 16. n. 8.

Dub. 2. quibus casibus Inquisitio, & ea receptæ testium depositiones sine mensis, vel etiam anni, ac determinati loci expressione sustineantur? 2. tres maxime casus refert P. Wiestner hic n. 91. §. duob. seqq.

1. Si alicubi Statuto introductum, vel praxi Tribunalium receptum est, ut adversus certi generis delinquentes, v. g. Usurarios, aut concubinariorum diffamatos, aut graviter suspectos summarè, & solà veritate facti inspecta, procedi soleat. Menoch. vol. 1. conf. 100. n. 93. Boss. tit. de Inquisit. n. 98. Farin. prax. crim. q. 1. n. 17.

2. Quando crimen ante complures annos est perpetratum, ut verisimile sit testes ejusmodi circumstantiarum non amplius recordari. Alex. l. 2. conf. 65. à n. 3. Farin. prax. q. 64. n. 93. §. 99. Imò idem Farin. q. 79. n. 44. & Guazzin. Reor. defens. 19. c. 7. n. 4. volunt ejusmodi oblivionem quinquennio, quandoque triennio, aliquando, etiam minoris temporis lapsu induci.

3. Quando delictum tractum Successivum habet, ut sunt crimina Hæreseos, Usurarum, Concubinariorum, aut alterius consuetudinis carnalis, Tusch, pract. V. Libellus concl. 320. n. 32. Menoch. l. cit. n. 91. Farin. q. 1. cit. n. 17.

Dub. 3. quid observandum sit in Examine, & Interrogatorijs Inquisitorialibus? 2. si Judex generalem Inquisitionem instituat, cavere omnino debet, ne testem de hac,

hac, vel illa persona certa interroget, e. g. an Mavius Cajum occiderit, vel in mortem ejus sit machinatus; quia ejusmodi suggestiones periculose sunt *l. in criminibus* §. 1. *§. qui questionem 21. ff. de Question. adeo*, ut Magistratus sic absque sufficientibus indicij specialiter inquirens inquisito injuriarum teneatur. *Cothman. vol. 1. conf. 47. n. 46. Fleck. l. 6. tit. 4. n. 17.* nisi Princeps ejusmodi Inquisitionem jusserit, juxta dicta n. 206.

222 Si Specialis Inquisitio fiat. 1. proponi debent Interrogatoria personalia communia de conditione personæ Rei, quodnam sit ejus nomen, qui parentes, quæ patria, quæ Religio, vitæ conditio habitatio, conversatio &c. Deinde subjungantur Interrogatoria realia, ad rem, & causam delicti, ejusque scientiam pertinentia: inter quæ sequens servandus est ordo: prius regulariter proponi debent Interrogatoria debiliora, generaliora, & remotiora à factis: paulatim ea, quæ factis magis, magisque propria, ac propinqua: tandem specialia, imò specialissima quoad objecta, causas, effectus, adjuncta, & circumstantias delicti, de quibus reus satis indicatus, aut diffamatus est. *Scaccia l. 1. de Judic. c. 86. Brunnem. precess. inquis. c. 3. König bic n. 81.*

223 Addidi, de quibus reus satis indicatus, aut diffamatus est; nam de alijs, de quibus nulla infamia, aut indicia præcesserunt, interrogari non potest, nisi forte connexionem habeant cum principali. Similiter non potest Judex interrogare de Socio criminis occulto, nisi hoc tale sit, quod socium necessariò requirit, vel quod cum Socijs factum dicitur, vel quod exceptum est, & Reip. noxium. *König l. cit.*

224 Dub. 4. quæ sit forma Inquisitionis severæ? 1. Consistit in sequentibus. 1. Ut ad eam procedi possit, præcedere debent indicia criminis urgentia, certa, & concludentia, ita, ut nihil pene deesse videatur, quam Rei confessio *l. in criminibus* §. 1. *§. sed* §. 1. & *l. unius* §. 1. *§. Reus* §. 1. *ff. de question. l. milites* §. 1. *§. oportet* §. 1. *C. eod. Ordin. Crim. Carol. V. art. 18.* *Roland. à Vall. vol. 1. conf. 24. n. 24. Farin. prax. crim. q. 37. n. 74. §. 79. Bocér. tr. de Quest. c. 3. n. 10. Fleck. Bibl. Jur. Civil. l. 6. tit. 11. n. 10. König bic n. 84.* ubi ex *Farin. l. cit.* tradit, quod nec longo usu induci, nec à Principe mandari possit, ut quis sine indicij etiam in criminibus exceptis torturæ subiciatur: imò quanto crimen est gravius, & atrocius, tanto præsumptiones, & indicia debent esse graviora, & vehementiora, cum tunc agatur de graviore periculo.

2. Ad torturam procedendum non est, quando reus per testes de visu, vel per alia media, & argumenta de crimine plenè convinci potest; quia torturæ veluti remedium extraordinarium, inventa solum est

in subsidium, & defectum legitimarum probationum *l. editam* §. pr. *l. Divus* §. pr. *ff. de Question. Ordin. Crim. Carol. V. art. 69.* ubi disertè cavetur, quòd, si reus legitimis probationibus convictus in negatione delicti perseveret, non torqueri, sed damnari, & puniri debeat. *König bic n. 84. y. secundo, Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 4. n. 97.*

3. Post obtenta, & legitimè probata²²⁵ indicia, si ea Judex ad torturam sufficientia esse agnoverit, interloquendo pronuntiat reum esse torquendum, dièmq; certum executioni præfigit. *Ordin. crim. cit. art. 43.* Antequam verò re ipsa suscipiatur tortura, *Ordin. crim. cit. art. 46.* vult, ut reus in præsentia Judicis, duorum saltem Assessorum, & Actuarij Judicialis, seriò, etiam sub torturæ comminatione, de spontanea delicti confessione faciendâ interpelletur. Quodsi in negatione criminis perseveraverit reus, juxta eandem *Ordin. art. 47.* Judex ipsi injunget, ut indicia diluat, & innocentiam suam probet: in qua probatione si deficiat, tandem torturæ subijciuntur. *König n. 84. y. tertio.*

4. Ipsa verò tortura ita est suscipienda, ut torquendus *salvus sit vel innocentia, vel supplicio*, ut *l. questionis* §. 1. *ff. de Quæst. inquit Ulpianus.* Hinc ætatis, sexus, virium, ac totius constitutionis corporis, item affectuum animi, delicti, & indiciorum maxime habenda est ratio; nam pro horum diversitate temperanda tortura est, *Ord. crim. cit. art. 58.* *Waizenegger de Servit. Demon. dissert. 6. c. 9. n. 151.* ubi n. 153. ait, ex eo solo maleficium taciturnitatis non esse præsumendum, nec inusitata propterea tormenta adhibenda, quòd reus, usitatis tormentis subiectus, crimen non fateatur; quia sunt, qui vel solâ patientiâ, & fiducia bonæ conscientie tormenta contemnunt.

5. In ipsa tortura Judex, vel Com²²⁷missarius reum ad certos Inquisitoriales articulos, ab accusatore, vel à Fiscali, vel ab ipso Judice exhibitos examinare, superfluas tamen quæstiones, & ad factum non pertinentes rejicere debet. *Fleck. l. 6. tit. 11. n. 20.* Cavere etiam Judex debet, ne reum de alio Delicto interroget, quàm de quo ex verisimilibus indicij suspectus est, nisi cum eo, super quo legitimè quæritur, si ejusdem generis, aut ex eodem dependentiam, vel connexionem habeat. *Bocér. de question. c. 5. n. 5. Fleck. n. 20. cit. König n. 85.*

6. Ab Actuario autem gradus, & 228 instrumenta torturæ, temporis diuturnitas, Rei responsiones, lamentationes, gestus, & aliæ circumstantiæ annotari debent. *Ordin. cit. art. 46. Fleck. n. 22.* Porro inter Responsiones Rei, non illæ, quas facit in ipso torturæ actu, sed quas eo paulisper remisso facit, attendi debent, ut statuitur in *Ord. cit. art. 58.*

229 7. Post confessionem à reo in tortura obtentam, & intervallum unius, vel plurium dierum reo, extra torturæ locum constituto, in præsentia Judicis, & duorum Assessorum ab Actuario prælegitur confessio in tormentis facta, ipsæque denuo interrogatur, an in ea adhuc persistat, vel ab ea recedat ex toto, aut ex parte, & quidquid tum dixerit, simili modo diligenter annotari debet. *Ord. cit. art. 58. §. 2.*

230 Dub. 5. an pendente Inquisitione, inquisitus accusari possit? *¶* Affirmativè, si Jus commune spectemus; nam hoc Jure spectato, Inquisitio est remedium extraordinarium. Sed hoc cessat, quando adest ordinarium. Et hoc verum est, ut etiam coram alio Judice accusatio institui possit, impediatque Inquisitionem coram uno antea coeptam. *Vallenf. hic §. 4. n. 10.*

231 *Excipitur* 1. crimen læsæ Majestatis, & alia excepta. *Gloss. in l. ex lege §. si publico ff. de adult.* 2. Si statuto permittatur Inquisitio; tunc enim est remedium ordinarium, conf. per supervenientem accusationem non tollitur: & hinc quia hodierna consuetudine, ut *n. 172. dixi*, in remedium ordinarium transijt, simili ratione per accusationem non tollitur. 3. Si inquisitus datâ operâ affectaret, & procuraret Accusationem coram alio Judice ad impediendam Inquisitionem. 4. Si offensus à Judice rogatus ante coeptam Inquisitionem, an velit accusare, responderet, negativè. *Vallenf. l. cit.*

232 *Quæritur* §. quis sit Effectus Inquisitionis? *Et* 1. quidem dubitatur, quis sit Effectus Inquisitionis generalis? *¶* Ejus effectus est, quod præparet viam ad Inquisitionem specialem; nam si ex illa emergant indicia, & probationes, ex quibus verè, vel præsumtivè apparet, quodnam, & quale delictum, & à quo commissum sit, illa loco diffamationis succedunt, & tanquam causæ impulsivæ, legitimæ, & sufficientes inquisitionem specialem exposcunt; neque enim tunc requiruntur indicia alia, ut dictum est *supra n. 204.* Debet tamen hoc casu, ut descendere ad Inquisitionem specialem possit, Judex diligenter inquirere, & expendere ipsorum Indiciorum, quæ ipsi per Inquisitionem generalem aperta sunt, gravitatem; nec enim statim credendum est, si fortè quid ad aures ejus perveniat, quod suspicionem quæcumque delicti adversus aliquem causare possit. *König hic n. 22.*

233 Dub. 2. quis sit Effectus Inquisitionis specialis? *¶* Alium Effectum suscepta, aliam absoluta habet. *Suscepta* producit obligationem in personis inquisitis ad manifestandam veritatem, quæ tamen obligatio easdem personas iniquitas solum urget, quando Inquisitionem specialem præcesserunt legitima indicia, & consequenter quando Judex legitimè interrogat; non verò,

quando talia indicia non præcesserunt, nisi crimen in futurum damnosum foret tertio, aut Reip. & hoc damnus aliter evitari non possit. Quod multo magis verum de reo est, præsertim quando causa est capitalis, c. b. gravissimum præjudicium, quod ex confessione sua is pateretur. Quando autem Judici interroganti veritatem reus teneatur fateri, dictum est *Libr. 2. tit. 18. n. 3.*

Inquisitio absoluta trahit post se sententiam Judicis: nam si inquisitus de crimine legitimè convictus fuerit, à Judice condemnari debet; absolvi autem, si ille crimen nec sponte confessus, nec legitimis probationibus de illo convictus est: ubi tamen notandum reum hoc casu non esse antea absolvendum purè, simpliciter, ac definitivè, nisi postquam Juramentum purgationis præstiterit. Quod Juramentum si reus sibi delatum à Judice præstare noluerit, habebit pro confessio, ut est in alijs Juramentis receptum *l. cum & Judices 2. §. quasi 6. & §. seq. C. de Jurejur. propt. calumn. Heig. q. 40. n. 36.* Postquam verò reus illud præstiterit, etiam ab expensis liber pronuntiandus est. *Clar. §. fin. q. 62. n. 10. Heig. l. cit. n. 32. König n. 91.* Habetque Purgatio illa non tantum in foro Canonico, sed etiam in Civili locum, ut bene advertit. *Heig. l. cit. n. 29.*

Dub. 3. quis sit Effectus Quæstionis, seu Inquisitionis durioris? *¶* Alius est, si reus torturæ subiectus delictum contanter neget, alius, si fateatur.

Si constanter delictum neget dicitur purgasse indicia contra se extantia, et si fuerint urgentissima. *Boër. decis. 163. n. 12. & 17. Boss. tit. de confess. n. 28. & tit. de sentent. n. 70. Farin. prax. crim. q. 40. n. 8.* Natura *conf. 202. n. 10. König hic n. 92.* Et hinc ad torturam ulterius revocandus non est, nisi nova indicia, & quidem evidentiâ, ac prioribus fortiora supervenerint, aut reus corpus, vel animum magica, aut alia arte adversus tormenta duraverit *l. unius 18. §. reus 1. ff. de Quest. Damhud. prax. crim. c. 38. Clar. §. fin. q. 64. n. 46. König l. cit. sed carcere liberari, & dimitti debet, compensatis litis expensis. Const. Carol. art. 61. & præstitâ prius Urphedâ, seu obligatione jurata, quâ se ille obstringat, quòd adversus Judicem, à quo incarceratus est, non aliter experiri velit, quàm si prius ab hoc Juramento per Magistratum superiorem, causâ cognitâ, fuerit absolutus. *Gaill. l. 1. obs. 22. n. 1. Berlich. p. 2. concl. 44. n. 1. König n. 92. cit.**

Si reus Delictum fateatur, ejusque confessio sit clara, certa, & specifica, continens locum, tempus, & alias delicti circumstantias, contra eum Sententia ferri, & ipse condemnari potest, si tamen iste post biduum, extra locum torturæ constitutus, confessionem, in tortura factam, ut *n. 229. di.*

dictum est, ratificaverit. Quodsi eandem revocet, iterabitur tortura. *Conf. Carol. art. 57.* & si in secunda tortura constanter neget, absolvendus est; sin confiteatur, & postea iterum revocet, tertium torquebitur. *Conf. cit. art. 58.* Si verò etiam in hac tertia Tortura confiteatur, & paulò post neget, extra ordinem punietur, Bocet. *de quest. c. 5. n. 39.* Carpozov. *pract. crim. p. 2. q. 126. n. 50.* König *n. 92. cit. fin.*

137 Dub. 4. an crimen detectum, & probatum per viam Inquisitionis poenà ordinaria puniri possit? Convenit inter DD. 1. De consuetudine, & praxi Tribunalium infligi ordinariam, ut Anguian. *l. 2. de LL. c. 6. n. ult.* Gonzal. *in c. inquisitionis 21. n. 11.* König *hic n. 91. fin. advertunt.* 2. Similiter ordinaria poena infligitur de Jure Civili, ut Abb. *in c. inquisitionis cit. n. 1.* Felin. *ibid. n. 3.* Tiraquell. *de poen. temperand. caus. 53. n. 2.* Pirhing *hic n. 80.* König *n. 91. fin.* Reiffenstuel *n. 220.* notant, & favet *l. ordo s. ff. de publ. judic.* ubi dicitur, quòd ordo exercendorum publicorum Judiciorum capitalium in usu esse desierit, cessante scilicet accusatione, & induceto in ejus vicem Processu Inquisitorio, durante tamen poenà Legum. 2. *l. abolitio s. c. de abolit.* ibi, *Inquisitione facta, poena competens, h. e. Jure itatuta, & ordinaria ingeratur.* 3. *l. qui sepulchra s. c. de Sepulch. violat.* ubi huic crimini, sive per viam accusationis, sive per Extraordinariam Denuntiationis in Judicium deducatur, eadem poena decernitur infligenda: quos textus memorata Tribunalium praxis interpretata potius esse, quam correxisse censenda est contra Gonzal. *n. 12. l. cit.*

138 Dubium est, quid censendum sit de Jure Canonico? Abb. *in c. inquisitionis 21. h. tit. n. 1.* Felin. *ibid. n. 1.* Marant. *de Ordin. Judic. p. 4. dist. 10. n. 6.* Tiraquell. *caus. 53. cit. pr. Pirhing hic n. 80.* alique volunt, hoc Jure locum esse solum poenae extraordinariae. Moventur textus *c. inquisitionis cit. pr.* ubi crimini, per viam Inquisitionis detecto, jubetur infligi poena ordinaria Depositionis, quando crimen impedit executionem, sive usum Ordinis, & Beneficij retentionem, etiam post peractam poenitentiam; alias verò dicitur moderanda. *Conf.* ex ratione: quia sine legitimo accusatore poenà ordinarià nemo puniri debet. *can. de manifesta 17. §. sed sciendum,* junct. *Gloss. caus. 2. q. 1. c. un. ut benef. Eccl. fin. dimin. confer. & c. si legitimus s. h. tit.* Atqui accusator ferè deficit, quando adversus reum proceditur per viam Inquisitionis. Ergo &c.

139 Sed dicendum, etiam de Jure Canonico poenam ordinariam infligi posse. Ita

Abb. *in c. cum super 2. de confess. n. 10.* sibi contrarius. Laym. *ibid. n. 1.* Gonzal. *in c. inquisitionis cit. n. 6.* Pirhing *tit. de confess. n. 18.* sibi contrarius, Wiest. *hic n. 99.* Reiffenstuel *n. 219. ibid.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de Delict. c. 4. n. 115.* Sumitur 1. *ex c. cum super 2. cit.* ubi Canonico, qui in Processu Inquisitionis, instituto super Electione alterius, crimen Simoniae, à se commissum, incidenter confessus est, inflicta fuit poena ordinaria privationis officij, & Beneficij. Neque satisfacit dicere, quòd crimen Simoniae *in c. inquisitionis cit.* sit exceptum; solum enim exceptum est, si committatur circa Ordinis, aut Beneficij proprii assentionem, ut patet ex textu.

2. *Ex c. fin. de celebr. Missar.* ubi per viam Inquisitionis processum est adversus Sacerdotem, qui in pane fermentato, & scypho ligtheo, sine igne, sive lumine, & aqua celebravit, & poena privationis Beneficij, & Officij in perpetuum adversus eundem lata est, quae poena hujus delicti est ordinaria. **3.** *Ex consuetudine;* nam ut *n. 237.* annotavi, poena ordinaria hodiernis moribus infligi solet etiam casu, quo viâ Inquisitionis proceditur. Consuetudo autem est interpretis Legis, & semper in dubio censetur potius ei esse conformis, quàm difformis. **4.** *Ex communi Fletorum Regula,* quâ dubium Jus explicari debet per aliud Jus certum. Est autem Juris Canonici dispositio dubia, certa Juris Civilis. Igitur sicut Jure Civili etiam, quando viâ Inquisitionis proceditur, ad poenam ordinariam procedi potest, ita etiam Jure Canonico. **5.** *Ex ratione;* quia Judex aliquando, praesertim quando multis contumaciter delinquentibus, exemplo est opus, potest imponere poenam ordinarià majorem *l. quid ergo 12. §. poena 7. ff. de his, qui notant. infam.* Igitur etiam ordinariam, seu illam, quae delicto à Jure statuta est.

Ad textum in contrarium allegatum di. 243. eo, ibi quidem poenae moderationem, spectatis personae, & delicti qualitatibus, aliasque circumstantijs, permitti, non tamen prohiberi, ne ordinaria infligatur, ut patet ex verbo *Poterit,* quo *ibidem* Pontifex utitur, & notand. *c. cum super cit.* Abb. Laym. Gonzal. *l. cit.* quod maxime verum est, si crimen Ecclesiae esset valde invisum. *Ad Conf.* si ratio illa aliquid probaret, probaret, nunquam in Inquisitione locum esse poenae ordinariae, quod est contra textum *c. inquisitionis cit. pr.* Dicendum ergo, quòd, cum Inquisitio succedat in locum Accusationis, iisdem poenis in ipsa locus esse debeat, quibus in ista.

De Criminis delatione per viam Exceptionis.

S U M M A R I U M.

241. &c. Quotupliciter viâ Exceptionis crimen in Judicium deduci possit?
244. &c. An casu, quo civiliter opponitur crimen, reus de eo condemnari ad poenam possit?
248. &c. Quis sit Effectus Exceptionis quâ accusatori, vel testi crimen opponitur criminaliter?
251. &c. Quem effectum habeat Exceptio criminis oppositi ad impediendam consecrationem, ordinationem &c.
158. Quid presumendum sit, quando dubitatur, an crimen oppositum per Exceptionem sit civiliter, vel criminaliter?
241. **Q**Uæritur I. quotupliciter viâ Exceptionis crimen in Judicium deduci possit? *xy.* Dupliciter, videlicet civiliter, & criminaliter: *Civiliter*, quando crimen obijcitur per modum Exceptionis ad effectum, ut actoris, seu accusatoris intentio diluatur, ut puta, quando, ne testi adhibeatur fides, excipitur contra eum, quòd sit falsarius, & subornatus; vel ne actor admittatur ad agendum, eidem opponitur infamia, Excommunicatio &c.
242. *Criminaliter*, quando crimen obijcitur non solum, ut diluatur Actoris intentio, sed etiam, ut infligatur ei poena commensurata delicto. Ita Clar. §. *fin. q. 19. n. 2. & seqq.* Boss. *n. crim. tit. quom. proced. per Except. tr. 1. & 3.* Scaccia l. 1. *de Judic. c. 75. n. 2.* Schambog. *hic n. 40.* Wiestner n. 101. Reiffenstuel n. 235. & 236.
243. Huic posteriori simillima est illa, quâ illi, qui ad Prælaturam, vel aliam Dignitatem, aut Beneficium Ecclesiasticum, aliamve provisionem jam promotus, ejusque titulum affectus est, obijcitur crimen, quod de Jure obstat ejus consecrationi, ordinationi, aut missioni in possessionem. Wiestner *hic n. 103. & hujusmodi.*
244. **Q**Uæritur 2. an casu, quo actori, vel testi civiliter opponitur crimen, de eo convictus condemnari possit ad poenam ordinariam, vel extraordinariam? *xy.* Negative; sed solum à proposita accusatione, vel testificatione per Sententiam interlocutoriam removetur *c. cum dilectus 2. §. verum de Ordin. Cognit. Clar. §. fin. q. 19. n. 2.* Boss. *tit. quom. proced. per Except. n. 8.* Decian. *tr. crim. l. 3. c. 30. n. 3.* Scaccia l. 1. *de Judic. c. 75. n. 3.* Canis. *Summ. l. 4. tit. 19. §. 19.* Vivian. *in c. cum dilectus cit. & sed per hoc.* Barbof. *ibid. n. 5.* Pirhing *hic n. 103. not. 5.* Schambog. *n. 40.* Wiestner n. 102. Reiffenstuel n. 237.
245. **R**atio est, quia Judex suum officium impertiri, & sententiam formare debet juxta formam, iive petitionem deductam in Libello, seu finem, ad quem actio, vel exceptio tendit *c. qualiter 24. b. tit. & c. licet 31. de Simon. ibi, Ut juxta Judicij formam sententia quoque forma dicitur.* Atqui civiliter excipiendo opponens accusatori, vel testi cri-
- men, ipsum petit duntaxat removeri à proposita accusatione, vel testificatione, non vero condemnari ad poenam *c. cum dilectus cit. Ergo &c.*
- Excipitur tamen casus, quo agent²⁴⁶ criminaliter viâ Exceptionis obijcitur crimen, contingens Delictum, vel causam principalem, ut si marito uxorem accusanti de adulterio, hæc excipiendo obijcitur lenocinium, aut testi reus, vel hujus Advocatus opponat, quòd testimonium falsum circa causam principalem dixerit; nam in primo casu, probato sufficienter crimine, procedi potest ad poenam ordinariam, ad extraordinariam in secundo, ut desumitur ex l. *nullum 14. fin. C. de testib. & notat Laym. in c. 1. de Except. n. 5. & 6.* Wiestner *hic n. 102. & excipendus.*
- Neque opus est hoc casu novo Pro²⁴⁷ cessu, cum ob connexionem censeatur eadem esse causa cum illa, quæ principaliter in Judicium deducta est. Bartol. *in l. ex lege 2. §. si in publico 5. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 20.* Decian. *tr. crim. l. 3. c. 30. n. 3.* Scaccia l. 1. *de Judic. c. 75. n. 3.* Wiestner *loc. cit.*
- Ne tamen eo casu, quo civiliter per Exceptionem opponitur Actori, vel testi crimen, Delicta maneant impunita, poterit hoc casu Judex inchoare novum Processum viâ Inquisitionis, & ubi delatus de crimine legitime convictus fuerit, ad ejus condemnationem, & punitionem procedere, ut cum DD. *citt.* observat Passerin. *in c. 1. b. tit. in 6. n. 13.*
- Q**Uæritur 3. quis sit Effectus Except²⁴⁸ tionis, quâ accusatori, vel testi crimen opponitur criminaliter? *xy.* Est idem fere, qui accusationis: nam ita excipiens dicitur assumere partes Accusatoris. Clar. §. *fin. q. 19. n. 3.* Scaccia *de Judic. l. 1. c. 75. n. 2.* Ex quo sequitur 1. quòd sicut in Accusatione exprimi debet criminis commissi locus, & tempus, ita & in Exceptione criminaliter opposita accusatori, vel testi. Clar. *n. 3. cit. & hinc insertur, Gaill. l. 1. observ. 64. n. 10.* Scaccia *n. 2. cit. Rosbach. prax. crim. tit. 1. c. 10. n. 12.* Pirhing *hic n. 103. not. 5.* Wiestner *n. 103.* Reiffenstuel *n. 239. 2.* Sicut, quando ceoptum est agi viâ Accusatio-

nis, & Inquisitionis, non potest intervenire Procurator, ita nec etiam, quando agitur hac viâ Exceptionis criminaliter intentatæ. Clar. l. cit. §. item sicut. Scaccia l. cit. 3. Denique omnia, quæ servantur in Judicio accusationis, servanda sunt etiam in hoc Judicio Exceptionis criminalis; quia hæc Exceptio tendit ad puniendum, & ideo accusationi æquiparatur. Clar. l. cit. §. & breviter.

849 Hinc si excipiens criminaliter crimen à se objectum legitime probaverit, accusator, vel testis, contra quem probatum est, non tantum removeri debet ab accusatione, vel testificatione proposita, sed etiam puniri poenâ à Jure statutâ illi crimini, vel si nulla talis statuta est, condemnari ad arbitrarium. Clar. n. 3. cit. pr. Scaccia n. 2. Schambog hic n. 40. Pirhing, Wiestner, Reiffenstuel l. cit. Contra si Excipiens in probatione defecerit, is, cui ira objectum est crimen, ab eo absolvitur per sententiam, & ita, ut super eo crimine denuo accusari etiam ab alia non amplius possit arg. c. super his 16. h. tit. l. si cui 7. §. iisdem criminibus 2. ff. eod. Bartol. ad c. cit. n. 5. Decian. tr. crim. l. 3. c. 30. n. 2. Wiestner n. 130. cit.

850 In hoc tamen differt Judicium Exceptionis criminaliter oppositæ à Judicio Accusationis, quod si excipiens in probatione defecerit, non propterea contra ipsum procedatur ad poenam, puta de calumniâ, vel alias, ad quas proceditur contra accusatorem de calumniâ convictum. Felin. in c. 1. de Except. n. 18. Rosbach, prax. crim. tit. 1. c. 10. n. 16. quia parcius accusato, qui provocatus est arg. l. si adulterium 38. §. Imperator 8. ff. ad Leg. Jul. de Adult.

851 Quæritur 4. quem effectum habeat Exceptio criminis oppositi electo, vel aliter proviso in Dignitate vel Beneficio, an-

tequam consecratur, ordinetur, vel mittatur in possessionem? n. Eundem ferè effectum habet, quem Exceptio criminis criminaliter opposita accusatori, vel testi; nam sicut iste non tantum repellitur à proposita accusatione, vel testificatione, sed etiam punitur, ita etiam talis, probato crimine, non solum inapeditur à Consecratione, & possessionis apprehensione, sed insuper Jure, per Electionem, Confirmationem, vel aliam Provisionem sibi quæsito privatur c. super his 16. h. tit. Joan. Andr. ibid. n. 10. Vivian. §. Excipiens, Pirhing hic n. 102. not. 2. Wiest. ibid. n. 103. §. hujusmodi

Ratio est, quia hujusmodi Exceptio, ut n. 243, dixi, imitatur eam, quæ opponitur accusatori, vel testi criminaliter, igitur & ipsa ad poenam, probato crimine, infligendam tendit. Conf. quia bonum Ecclesiæ exigit, ut non diu habeat Prælatum inutilem. esset autem inutilis, si retineret titulum provisione sibi quæsito, & ob crimen sibi objectum, ac legitime probatum impediretur à Consecratione, Ordinatione &c. suscipienda, igitur non tantum ab ista impediri, sed etiam jure, per Electionem &c. sibi quæsito, privari debet, ut sic de alio sibi idoneo Prælato providere Ecclesiæ possit.

Quæritur 5. Quid præsumendum sit, quando dubitatur, an civiliter, vel criminaliter ab Excipiente objectum crimen, & in Judicium deductum sit? n. præsumitur objectum civiliter: proinde qui asserit illud objectum criminaliter, istud probare debet; quia contra se habet Regulam, quod Exceptio naturâ suâ non ad vindictam, sed agentis intentionem excludendam tendat, cum Dilectus 2. §. verum de Ordin. Cognit. & l. exceptio 1. pr. ff. de Except.

TITULUS II.

De Calumniatoribus.

S U M M A R I U M.

1. Quis dicatur calumniari, & esse Calumniator?
2. Discrimen inter Calumniam veram, & præsumptam.
3. Sc. Casus, in quibus Accusator liberatur à Calumniâ præsumptâ.
9. Sc. Quod sit Officium Judicis, quando accusator in probatione criminis delati succubuit?
11. Sc. Quæ poenâ Calumniatoribus in Jure statuta sit?

16. Sc. Utrum poenâ talionis locum defacto in foro habeat?
19. Sc. Quousque hodie in puniendis Calumniatoribus Juxta possit procedere?
23. Quis dicatur prævaricari?
24. Quotupliciter prævaricatio possit contineri?
25. Poenâ Prævaricatorum.
26. Quid sit tergiversari?
27. 28. Poenâ istius criminis.

IN Accusatione, de qua hæctenus, tripliciter delinqui potest, calumniando, prævaricando, & tergiversando can. si quem R. P. Schmalzgrueber L. V. T. I.

8. §. accusatorum, caus. 2. q. 3. & l. accusatorum 1. §. calumniari 1. ff. ad S. C. Turpill.

F 2

Quæ-